et delictū meū ꝙtra me est ſp̄. Sā. Sanctificationē tuā nob ꝙ dñe his mysteriis placatus opa re:: q̄ nos ⁊ a terrenis purget vicijs:et ad celestia dona yducat. ℣. Cōto. Narrabo omnia mirabilia tua:letabor ⁊ exultabo in te psallānomini tuo altissime. ℣ Postcō. SIt nobis dñe q̄s medicina mentis ⁊ corporis q̄ de sctō altari tuo ꝓcepimus vt nullis adu ersitatibus fatigemur:qui tanti remedij participatione munimur ℣ per. Sup ppl'm. Humiliate ca. Ad ℣ Propiciare dñe supplicatio nib⁹ nostris:⁊ aiarū nr̄arū medere lāguorib⁹:vt remissione percepta/in tua sēp benedictione letemur. ℣ per. ℭ Feria.iiij. Offm. AD derelinquas me dñe deus me⁹ ne discedas a me:intēde i adiutoriū meū dñe virt⁹ salutis mee. ℣ps. Dñe ne in furore tuo arguas me:neq̄ in ira tua corripias me. Oremus. Flectamus genu. Ad ℣ Populū tuū q̄s dñe ꝓpici⁹ respice:et quos ab escis carnalibus p̄cipis abstinere:a noxijs quoq̄ vicijs cessare concede. ℣ per. Lectio libri hester. xiij. cap. IN dieb⁹ illis:Orauit hester ad dñm dicēs. Dñe deus rex oms:in dicione tuā cūcta sūt posita ⁊ nō est q̄ tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu enī dñe fecisti celū ⁊ terrā:⁊ q̄cq̄d celi ambitu cōtinet. Dñs oim tu es:nec est q̄ resistat maiestati tue. Et nūc dñe rex regū de⁹ abrahā miserere ꝓpło tuo:q̄ voluūt nos ūimici nr̄i pdere ⁊ hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā quā redemisti de egypto:sed exaudi deprecationē nostrā ⁊ ꝓpici⁹ esto sorti ⁊ funiculo hereditatis tue/ ⁊ ꝙuerte luctū nostrū i gaudiū vt viuētes laudemus nomē tuū. Et ne claudas ora cantātiū te:dñe de⁹ nr̄. Ad ℣. Saluum fac populū tuū dñe et bñdic hereditati tue. ℣ Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me:et ero similis descendētibus in lacū. Ad ℣ Ex necessitatib⁹ meis eripe me dñe vide hūilitatē meā et laborē meū : ⁊ dimitte oia pcta mea. ℣. Ad te leuaui aiam meā deus meus in te ꝓfido nō erubescā neq̄ irrideant me inimici mei. ℣. Etenī vniuersi q̄ te expectāt non cōfundentur:cōfundātur oms facientes vana. Scōm matheū. xx. IN illo tpe:Ascendens iesus hierosolimā:assūpsit duodecim discipulos suos secreto:⁊ ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolimā: et fili⁹ hois tradetur p̄cipibus sacerdotū ⁊ scribis/ et condemnabunt eū morte. Et tradēt eū gentes ad illudēdū : et flagellādū/et crucifigēdū/et tercia die resurget Tunc accessit ad eū mater filioꝝ zebedei cū filijs suis:adorās ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei : vnus ad dexterā tuā / et vnus ad sinistrā in regno tuo. Respōdēs aūt ies⁹:dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis:sedere aut̄ ad dexteram meā vel ad sinistrā nō est meum dare vobis / sed quib⁹ paratū est a patre meo. Et audiētes decē : indignati sunt de duob⁹ fratribus. Ies⁹ aūt vocauit eos ad se:et ait. Scitis q̄ p̄incipes gētiū dominātur eoꝝ:et qui

maiores sūt potestatē exercent in eos. Nō ita erit inter vos. Sed q̄cūq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̄ voluerit iter vos p̄m⁹ esse: erit vester seruus. Sicut fili⁹ hominis nō venit ministrari sed ministrare et dare aiam suā: i redēptionē p multis Oscp. Ad te dñe leuaui aiam meam de⁹ me⁹ i te cōfido nō erubescā neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi q̄ te exp̄ctāt nō cōfundent̄. Dirige me i veritate tua & doce me q̄r tu es deus salutaris meus et te sustinui tota die. Secreta.

HOstias dñe quas tibi offerimus p̄pici⁹ respice: et p hec sacrosancta commercia / vincula pctōr nostror abs̄olue. p. d. Cōio Justus dñs & iusticias dilexit: eq̄tatē vidit vultus eius. Postcōio

PRosit nobis dñe q̄s mysterij frequētata p̄ceptio: vt a vetustatis cōditiōe purgati: ad tue nouitatis incremēta tēdamus. p. Sup populū. Hūiliate ca. Dō.

DEus innocētie restitutor et amator: dirige ad te tuorū cordā seruor / vt spūs tui seruore cepto: & in fide inueniātur stabiles / & in ope efficaces. Per dn̄. in vnita. eiusdē. ℣ Feria. v. Offīm.

DEus i adiutoriū meū intēde dñe ad adiuuandū me festina: cōfundāt & reuereātur inimici mei qui quer̄t aiam meā. ps. Auertant retrorsū & erubescāt: q̄ volūt michi mala Orem⁹. Fle. or.

PResta nobis q̄s dñe auxiliū gratie tue: vt ieiunijs et orationibus conuenienter intēti: liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per dominum nostrū. Lectio hieremie p̄phete. xvii. c.

IN diebus illis: Locutus est hieremias p̄pheta dicens Maledict⁹ hō q̄ cōfidit in hoīe: et ponit carnē brachiū suū / & a dño recedit cor ei⁹. Erit enī quasi myrice in deserto: & nō videbit cū venerit bonū / sz habitabit i siccitate i deserto / in terra salluginis & inhabitabili. Bñdictus vir q̄ cōfidit in dño: & erit dñs fiducia ei⁹. Et erit quasi lignū q̄ trāsplātat sup aquas: q̄ ad humorē mittit radices suas / & nō timebit cū venerit est⁹. Et erit folium ei⁹ viride: & i tpe siccitat̄ nō erit sollicitū / nec aliq̄d desinet facere fructū. Prauum est cor hois & inscrutabile: q̄s cognoscet illud? Ego dñs scrutās corda et p̄bās renes: q̄ do vnicuiq; iuxta viā suā / & iuxta fructū adinuētionū suar̄. Dicit dñs: omps. Grād. Propicius esto dñe peccatis nr̄is neq̄ dicāt gētes vbi est de⁹ eor. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & p̄pter honorē nois tui dñe libera nos. Scōm iohannē. v. cā.

IN illo tpe: Dixit ihesus turbis iudeor̄. Nō possū ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico. Et iudiciū meū iustū est: q̄r nō quero voluntatē meam / sed voluntatē eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimoniū meū nō est verū. Alius est qui testimoniū perhibet de me: & scio q̄r verum est testimoniū ei⁹ q̄d perhibet de me. Vos misistis ad iohannē: & testimonium perhibuit veritati. Ego aūt non ab hoīe testimoniū accipio: sz hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs: vos autē voluistis ad horā exultare i luce ei⁹. Ego aūt habeo testimoniū maius iohanne. Opera enim q̄ dedit mi-

chi pater vt perficiã ea: ipsa opa que ego facio testimoniũ phibẽt de me/qz pater me misit. Et q̃ misit me pater: ipe testimoniũ phibet de me. Neq; vocẽ eius vnq̃ audistis: neq; speciẽ ei⁹ vidistis. Et verbũ ei⁹ nõ habetis in vobis manẽs: qz quẽ misit ille huic vos nõ creditis. Scrutamini scripturas in quib⁹ putatis vos vitã eternã habere: et ille sũt q̃ testimoniũ perhibẽt de me. Et nõ vultis venire ad me: vt vitã etnã habeatis Claritatẽ ab hoib⁹ nõ accipio: sed cognoui vos/qz dilectionẽ dei non habetis i vobis. Ego veni i noie pris mei: et non accepistis me. Si alius venerit in noie suo: illũ accipietis. Quomõ vos potestis credere q̃ gloriã ab iuicẽ accipitis: & gloriã q̃ a solo deo est nõ q̃ritis? Nolite putare qz ego accusaturus vos apud patrẽ: est qui accusat vos moyses in quo vos speratis Si enim crederetis moysi: crederetis forsitã et michi De me enĩ ille scripsit. Si aũt illius litteris nõ creditis: quõ vbis meis credetis? Offr. Precat⁹ est moyses in ꝓspectu dñi dei sui et dixit p̃catus est moyses in ꝓspectu dñi dei sui & dixit: q̃re dñe iracsceris i pplo tuo/parce ire aie tue memẽto abrahã/ysaac & iacob/q̃b⁹ iurasti dare trã fluẽtẽ lac & mel/et placat⁹ fact⁹ est dñs de malignitate quã dixit facere pplo suo. ℣. Dixit dñs ad moysẽ/inueniſti gratiã in ꝓspectu meo et scio te pre oĩb⁹, et festinãs moyses inclinauit se i terrã & adorauit dicẽs/scio qz misericors es i milibus auferẽs iniqtatẽ & pctã. Sẽ.

DEus cui oĩm sacrificior varietate finita hostiã nũc offerimus singularẽ: adesto votis tua ispiratione cõceptis: vt in te sperãtiũ et deuideria iubeas pfici et pctã delere. p. Cõto. Qui mãducat meã carnẽ et bibit meũ sãguinẽ i me manet & ego i eo dicit dñs

GRatia tua nos dñe q̃s p⁹cõ nõ derelinquat: q̃ & sacre nos deditos faciat seruituti: & tuã nobis opẽ sp acqrat largitatis: & ab oibus tueat aduersis. ꝑ. Sup populũ. Huiltate ca. ve. deo. Oz.

HEsto dñe famulis tuis: et perpetuã benignitatẽ largire poscẽtibus: vt his qui te auctore et gubernatore gloriant: et congregata restaures/et restaurata conserues. ꝑ dominum.

Feria sexta. Ad missam. Offm.

EGo aũt cũ iustitia apparebo in ꝓspectu tuo: satiabor dũ manifestabitur gl̃ia tua. ℣s. Exaudi dñe iustitiã meã: intende deprecationẽ meã. Gloria. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio

OA q̃s omnipotens deus: vt sacro nos purificante ieunio: sinceris mentibus ad sancta uentura facias peruenire. ꝑ dominũ. Lctõ libri geneſis. xxxvij.

IN diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis Audite sõnium meũ q̃ vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulũ meũ & stare. vestrosq; manipulos circũstãtes/adorare manipulũ meũ. Responderũt fratres eius Nunquid rex noster eris: aut subiciemur dicioni tue? Hec ergo causa sõniorum atq; sermonũ: inuidie & odii fomitẽ ministrauit. Aliud quoq; vidit sõniũ: q̃s narrans fratrib⁹ ait. Vidi per sõniũ quasi solẽ & lunã: et stellas vndecim adorare me.

Dñō cū patri suo ⁊ fratrib⁹ retu=
lisset: increpauit eū pater su⁹ et di=
xit. Quid sibi vult hoc somniū qđ
vidisti? Nun ego et mater tua et
fratres tui adorabim⁹ te sup ter=
rā? Inuidebant ei igitur fratres
sui: pater vero rē tacitus consīde=
rabat. Cūq; fratres illi⁹ in pascē=
dis gregib⁹ patris morarētur i si
chem: dixit ad eū israel. Fratres
tui pascūt oues in sichimis: veni
mittā te ad eos. Quo respōdente.
Presto sū: ait. Vade ⁊ vide si cun
cta ꝓspera sunt erga fratres tuos
et pecora: et renuncia michi quid
agat. Missus de valle ebrō: venit
in sichē. Inuenitq; eū vir errantē
in agro: ⁊ interrogauit eū qđ q̄re
ret. At ille respondit. Fratres me
os q̄ro. Indica michi vbi pascunt
greges? Dixitq; ei vir. Recesserūt
de loco isto. Audiui aūt eos dicen
tes: eam⁹ i dothaim. Perrexit er=
go ioseph post fratres suos: ⁊ inue
nit eos i dothaim. Qui cū vidisset
eū procul: anteq̄ accederet ad eos
cogitauerūt illum occidere/ ⁊ mu
tuo loq̄bātur Ecce somniator venit
Venite occidam⁹ eū/ ⁊ mittamus
in cisternā veterē: dicemusq;/ fera
pessima deuorauit eū. Et tūc ap=
parebit: qđ illi ꝓsunt somnia sua.
Audiēs aūt hec ruben: nitebatur
liberare eū de manib⁹ eor. Et di=
cebat. Nō interficiam⁹ animā ei⁹:
nec effūdamus sāguinē/ sz ꝓiicite
eū i cisternā hāc q̄ est i solitudine
manusq; vestras seruate innori=
as. Hoc aūt dicebat volēs eripere
eum de manibus corū: et reddere
patri suo. Gradale Ad dominum
dum tribularer clamaui: et exau=
diuit me. vsus. Domine libera a=
nimam meam a labijs iniquis et
a lingua dolosa. Tractus.

Dómine nō secūm pctā nra q̄
fecim⁹ nos: neq; secūm iniq=
tates nras retribuas nob⁹. Do
mine ne memineris iniqtatū nrar
antiquar⁹/ cito anticipēt nos mi
tue/ q⁹ paupes facti sum⁹ nimis.
Hic nō fiat genuflexio cum dr.
Adiuua nos de⁹ salutaris nr: ⁊ p
pter gloriam nois tui dñe libera
nos/ ⁊ ppicr⁹ esto pctis nris ꝓpter
nomen tuum. Seqūz matheū. xvi.

In illo tpe: Dixit ihesus discī=
pulis suis: ⁊ turbis iudeor.
Homo qđā erat paterfamilias q̄
plantauit vineam: ⁊ sepē circūde
dit ei. Et fodit in ea torcular ⁊ ae=
dificauit turrim: ⁊ locauit eā agri
colis/ ⁊ peregre profectus est. Cū
aūt tps fructuū appropiquasset:
misit seruos suos ad agricolas/
vt acciperēt fruct⁹ ei⁹. Et agrico=
lis apprehēsis seruis eius: alīū ce
ciderūt/ alīū occiderūt/ alīū vero
lapidauerūt. Iterū misit alios ser
uos plures prioribus: ⁊ fecerūt il=
lis similiter. Nouissime aūt mi=
sit ad eos filiū suū dicēs. Verebū
tur filiū meū. Agricole aūt viden
tes filium: dixerunt intra se. Hic
est heres: venite occidamus eū/ ⁊
habebimus hereditatem eius. Et
apprehensum eū: eiecerunt extra
vineā/ et occiderūt. Cū ergo veni
rit dñs vinee: qđ faciet agricolis
illis? Aiūt illi. Malos male per=
det: et vineā suā locabit alijs agri
colis/ q̄ reddāt ei fructū tēporib⁹
suis. Dixit illis ihesus. Nūq; legi=
stis in scripturis. Lapidē quē re=
probauerūt ædificātes: hic factus
est in caput anguli? A dño factū
istud: ⁊ est mirabile i oculis nris.
Ideo dico vobis q⁹ auferetur a vo
bis regnū dei: ⁊ dabit gēti faciēti
fruct⁹ ei⁹. Et q̄ ceciderit sup lapi=

dē istū:cōkringet. Sup quē vero ceciderit:cōteret eū. Et cū audissēt pncipes sacerdotū & pharisei parabolas eius:cognouerūt q̄ de ipsis diceret. Et q̄rētes eū tenere:timuerūt turbas. Q̄m sicut pphetā:eū habebāt. Dñe. Dñe i auriculā meā respice:et exāudā & reuertātur & reuereātur q̄ q̄rūt aiaz meā vt auferāt eā. v. Auertātur retrorsū & erubescāt q̄ cogitāt michi mala. Secre.

HEc nobis sacrificia dñe deus & actiōe pmaneāt:& opatiōe firmētur. p. Cōio. Tu dñe seruabis nos:& custodies nos a generatione hac in eternum. Postcōio.

HAc nos domine q̄s accepto pignore salutis eterne sic tēdere cōgruēter:vt ad eā peruenire possimus. Per do. Sup populū. Hūiliate capita vestra deo. Dñe.

OA q̄s dñe populo tuo salutē mētis & corporis:vt bonis opib⁹ inherēdo / tue sēp virtutis mereatur protectione defēdi. Per dominū. ¶ Sabbato. Officium.

[I]Er dñi irreprehēsibilis q̄uertēs aias testimonium dñi fidele sapiētiā p̄stās paruulis. ps. Celi enarrāt gloriā dei: & opa manuū eius ānūciat firmamētū. Orem Fle.

OA q̄s dñe nr̄is effectū ieiunius salutarē:vt castigatio carnis assūpta:ad nostram vegetationē trāseat animam. Per d̄. Lectio libri geneseos. xxvii. cap.

IN dieb⁹ illis:Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuū loquētem cū esau fratre tuo:et dicētē ei. Affer michi de venatione tua/et fac cibos vt comedā:& bñdicā tibi cor̄ dño / antequā moriar. Nūc ergo fili mi acquiesce cōsiliis meis:et pergēs ad gregē / affer michi duos hedos optimos vt faciā ex eis escas pri tuo/ quibus libēter vescitur. Quas cū intuleris & comederit:bñdicat tibi priusq̄ moriatur. Cui ille respōdit. Nosti q̄ esau frater me⁹ hōpi losus sit:& ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et senserit:timeo ne putet sibi me voluisse illudere/et inducat super me maledictionē p̄ bñdictiōe. Ad quē mater. In me sit(ait)ista maledictio fili mi:tm̄ audi vocē meā/et pergens affer q̄ dixi. Abiit & attulit:deditq̄ matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrē illius:et vestib⁹ esau valde bonis quas apud se habebat domi/induit eū. Pelliculas q̄ hedoz circūdedit manib⁹:& collī nuda protexerit. Deditq̄ pulmentū:& panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respōdit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̄ iacob. Ego sū esau primogenitus tu⁹: feci sicut precepisti michi. Surge/sede & comede de venatione mea:vt bñdicat michi aia tua. Rursūq̄ ysaac ad filiū suū. Quomodo(inq̄t)tā cito inuenire potuisti fili mi? Qui rñdit. Uolūtas dei fuit:vt cito michi occurreret q̄d volebā. Dixitq̄ ysaac. Accede huc/vt tāgā te fili mi:& probē vtrū tu sis filius me⁹ esau/ an nō? Accessit ille ad patrē:& palpato eo dixit ysaac. Uox quidem vox iacob est:sz man⁹/man⁹ sunt esau. Et non cognouit eū:q̄z pilose man⁹ similitudinē maiorīs exp̄esserāt. Bñdicens ergo illi:ait. Tu es filius meus esau? Rñdit. Ego sū. At ille. Affer(iquit)michi cibos de venatione tua fili mi:vt bñdicat tibi anima mea. Quos cū oblatos cōedisset: obtulit ei etiā

et vinū. Quo hausto: dixit ad eū Accede ad me: et da michi osculū fili mi. Accessit: & osculatus est eū Statim vt sēsit vestimētoꝝ illi⁹ fragrantiā: bñdicēs illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi & de pinguedie terre abū dantiā frumēti vini & olei: & seruiant tibi ppli/ & adorēt te tribus Esto dñs fratrū tuoꝝ: & incurue tur ātē te filij mātis tue. Qui maledixerit tibi: sit ille maledict⁹. Et q̄ bñdixerit tibi: bñdictionibus repleat. Vix ysaac sermonē cpleuerat: et egresso iacob foras / venit esau. Coctosq; de venatiōe cibos: itulit pri dicēs. Surge pater mi/ et comede de venatiōe filij tui: vt bñdicat michi aīa tua. Dixitq; illi ysaac. Quis eni es tu? Qui respōdit. Ego sū filius⁹ tuus pmogenit⁹ esau. Expauit ysaac stupore vehemēti: et vltra q̄ credi potest admirās ait. Quis igit ille est q̄ dudum captā venationē attulit michi: & comedi ex oīb⁹ priusq; tu venires? Bñdixiq; illi: & erit bñdictus. Auditis esau sermonib⁹ patris: irrugijt clamore magno / et cōsternat⁹ ait. Bñdic etiā & michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tu⁹ fraudulēter: & accepit benedictionē tuā. At ille subiunxit. Iuste vocatū est nomē ei⁹ iacob: supplātauit enī me en altera vice primogenita mea ante tulit: et nunc scō surripuit bñdictionem meā. Rursūq; ad patrē. Nūq̄d nō reseruasti (ait) et michi bñdictionem? Respondit ysaac. Dñm tuū illū constitui: & oēs fratres suos seruituti illius subiugaui. Frumēto et vino et oleo stabiliui eū: et tibi post hec fili mi vltra q̄d facias? Cui esau. Nun vnam inquit tantū benedictionē habes pater? Michi q̄q; obsecro: vt benedicas Cūq; eiulatu magno fleret mot⁹ ysaac dixit ad eū. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit bñdictio tua. ℣. Bonū est cōfiteri dño et psallere nomi tuo altissime. ℟. Ad annūciandum mane misericordiā tuā: et veritatē tuā per noctē. Secundum lucam. xv.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā habuit duos filios: et dixit adolescētior ex illis patri Pater / da michi portionē substātie: q̄ me cōtingit. Et diuisit illis substātiā. Et nō post multos dies congregatis oīb⁹ adolescentior filius pegre pfectus est in regionē lōginquā: et ibi dissipauit substantiā suā viuēdo luxuriose. Et postq̄ oīa cōsummasset: facta est fames valida in regione illa / et ipse cepit egere. Et abijt & adhesit vni ciuiū regionis illius: & misit illū in villā suā / vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci manducabāt: et nemo illi dabat. In se aūt reuersus: dixit. Quāti mercenarij in domo patris mei abūdāt panibus: ego aūt hic fame pereo? Surgā / et ibo ad patrē meū: & dicā ei. Pater / peccaui in celū & cora te: iā non sū dignus vocari filius tuus / fac me sicut vnū ex mercenarijs tuis. Et surgens: venit ad patrē suū. Cū aūt adhuc lōge esset: vidit illū pater ipsius / et misericordia motus est. Et accurēs cecidit sup⁹ collū eius: & osculatus est eū. Dixitq; ei filius. Pater / peccaui in celū et cora te: iam non sum dignus vocari fili⁹ tuus. Di

rit aũt pater ad seruos suos. Ci=
to pferte stolã pmã et induite il
lum: & date anulũ in manu ei⁹/ et
calciamenta in pedes eius. Et ad
ducite vitulũ saginatũ et occidi=
te: et mãducemus & epulemur/ q̃
hic filius meus moꝛtuus erat & re
uixit/ perierat & inuentus est. Et
ceperũt epulari. Erat aũt filiꝰ eiꝰ
senioꝛ: in agro. Et cum veniret et
appꝛopinquaret domui: audiuit
symphoniam et choꝛũ/ & vocauit
vnũ de seruis/ & iterrogauit quid
hec essent. Ipse q̃ dixit illi. Frater
tuꝰ venit: & occidit pater tuꝰ vitu
lũ saginatũ/ q̃ saluũ illũ recepit.
Indignatꝰ est aũt: et nolebat in=
troire. Pꝛ ergo illius egressus: ce
pit rogare illũ. At ille ꝛndẽs: dixit
pri suo. Ecce tot ãnis seruio tibi:
et nũq̃ mãdatũ tuũ pteriui/ & nũ
q̃ dedisti michi hedũ vt cum ami=
cis meis epularer. Sed postq̃ hic
filius tuus qui deuoꝛauit substã=
tiã suã cũ meretricibꝰ venit: occi=
disti illi vitulũ saginatũ. At ille
dixit ei. Fili/ tu sẽp mecũ es: & oĩa
mea tua sũt. Epulari aũt & gaude
re oportebat: q̃ frater tuꝰ hic moꝛ
tuus fuerat & reuixit. Pꝛerierat: &
inuẽtꝰ est. Ofꝝ. Illumina oculos
meos ne vnq̃ obdoꝛmiã i moꝛte:
neq̃ dicat inimicus meus pꝛeua=
lui aduersꝰ eũ. ℣. Usq̃quo dñe o=
bliuiscꝛis me in finẽ: q̃diu ponã
q̃gitia in anima mea. Secreta.

His sacrificijs dñe q̃cede pla=
catus / vt qui pꝛpꝛijs oꝛamꝰ
absolui delictis: nõ grauemur ex=
ternis. Pꝛer. Cõio. Opoꝛtet te fili
gaudere q̃ frater tuꝰ moꝛtuꝰ fue=
rat & reuixit: pierat & inuẽtꝰ ẽ. pc.

Sacramẽti tui dñe diuina li=
batio penetralia nꝛi coꝛdis
infũdat: et sui nos participes po=
tenter efficiat. Pꝛer. Sup populi
Humiliate capita vestra deo. Ofꝝ.

Hamiliã tuã q̃s dñe cõtinua
pietate custodi: vt que in so
la spe gratie celestis innititur: ce=
lesti etiã pꝛtectiõe muniatur. ℣ tꝛ.

Dñica.iii. quadꝛagesime. Offt.

Culi mei sẽp ad dñm /
q̃m ipse euellet de laqo
pedes meos: respice in
me & miserere mei q̃m
vnicus et pauper sum ego. ℣. Ad
te dñe leuaui aiam meã: deus me
us in te cõfido non erubescã. ℟.

Quesumus oꝑs deꝰ/ vota hu
miliũ respice: atq̃ ad defen=
sionẽ nostrã/ dexterã tue maiesta=
tis extẽde. Pꝛer do. Ad ephesios. v.

Fratres: Estote imitatoꝛes
dei sicut filij carissimi: & am
bulate in dilectiõe sicut et chꝛistꝰ
dilexit nos/ et tradidit semetipsũ
pꝛ nobis oblationẽ & hostiã deo i
odoꝛẽ suauitatis. Foꝛnicatio aũt
et oĩs immũditia/ aut auaricia /
nec nominet̃ in vobis sicut decet
sãctos: aut turpitudo/ aut stulti=
loquiũ/ aut scurrilitas q̃ ad rẽ nõ
pertinet/ sed magis gratiaꝝactio
Hoc aũt scitote itelligẽtes: q̃ oĩs
foꝛnicatoꝛ/ aut immũdꝰ/ aut ava
rus/ qđ est ydoloꝝ seruitꝰ/ nõ ha=
bet hereditatẽ in regno xpi & dei.
Nemo vos seducat: inanibꝰ verbis
Pꝛopter hec enĩ venit ira dei: in fi
lios diffidẽtie. Nolite ergo effici:
participes eoꝝ. Eratis enim ali=
quando tenebꝛe: nunc autẽ lux in
dño. Ut filij lucis: ambulate. Fru
ctus enĩ lucis est i oĩ bonitate/
& iustitia: & veritate. Ex. Erur=
ge dñe nõ pualeat hõ: iudicentur
gẽtes i ꝛspectu tuo. ℣. In ꝛuertẽ=
do inimicũ meũ retroꝛsũ: infirma
bũtur et perient a facie tua. Tꝛ.

AD te leuaui oculos meos : q̄ habitas i celis. ℣. Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manib⁹ dñoꝝ suoꝝ ℣. Et sicut oculi ancille: in manib⁹ dñe sue. ℣. Ita oculi nr̄i ad dñm deū nr̄m donec misereat nr̄i. ℣ Miserere nobis domine miserere nobis. Secundum lucam. c. xi.

IN illo tpe. Erat ihesus eiciēs demoniū: & illud erat mutū Et cū eiecisset demoniū locut⁹ est mut⁹: et admirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis: dixerūt. In beelzebub principe demoniorum: eiicit demonia. Et alij tentātes: signū de celo q̄rebāt ab eo. Ipse aūt vt vidit cogitatiōes eorum: dixit eis. Dē regnū in seipsū diuisū desolabit̄ et dom⁹ supra domū cadet. Si autem et sathanas in seipsū diuisus est: quō stabit regnū ipsi⁹ / q̄ dicitis in beelzebub eiicere me demonia. Si aūt ego i beelzebub eiicio demonia: filij vestri in quo eiiciunt? Ideo & ipsi iudices vr̄i erūt Porro si i digito dei eiicio demonia: profecto puenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt ea q̄ possidet. Si aūt fortior illo supueniēs vicerit eū vniuersa arma ei⁹ auferet in quib⁹ cōfidebat: et spolia eius distribuet Cū non est mecū: aduersū me est Et qui nō colligit mecū dispgit. Cū īmundus spūs exierit ab hoīe: ambulat per loca inaquosa q̄rens requiē / et nō inueniens dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cū venerit: inuenit eā scopis mūdatā. Tūc vadit: et assumit septē alios spirit⁹ secū nequiores se / et ingressi habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illi⁹: peiora prioribus. Factū est autē cū hec diceret: extollens vocē q̄dā mulier de turba / dixit illi. Btūs venter q̄ te portauit: & vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiūt verbum dei: et custodiūt illud. Offy. Justicie domini recte letificātes corda & dulciora sup mel et fauum: nam & seruus tuus custodiet ea. Secr. SUscipe q̄s dñe deuotor̄ munera famulor̄: et tua diuinis purifica seruientes pietate misteriis q̄bus etiā iustificas ignorātes. ℣. Cōio. Paller īuenit sibi domū et turtur nidū vbi reponat pullos suos: altaria tua dñe virtutū rex me⁹ & de⁹ me⁹: btī qui hitāt i dom⁹ tua in scl̄m scl̄i laudabūt te. P⁹cō

LUnctis nos dñe reatibus & periculis propiciat⁹ absolue: quos tanti misterij tribuis esse participes. Per dñm nostrū.

℣ Feria scḋa. Ad missam. Offm.

IN deo laudabo verbū in dño laudabo sermonē in deo speraui: nō timebo quid faciat mihi homo. ℟. Miserere mei de⁹ q̄m cō culcauit me hō: tota die impugnās tribulauit me. Flectam⁹ geñ. Or

QRatibus nostris q̄s omine grattā tuā benign⁹ infūde vt sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita sensus quoq; nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per do. Lectio libri regū. iiij. v.

IN diebus illis: Naamā princeps militie reg⁹ syrie: erat vir magn⁹ apud dñm suū & honorat⁹. Per illū enī dedit dñs salutē syrie. Erat aūt vir fortis & dives: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: & captiuā duxerāt de terra israel puellā parvulā q̄ erat in obsequio vroris naaman. Que ait ad dñam suā. Vti-

nam fuisset dñs meus ad pphetã qui est i samaria: pfecto curasset eũ a lepra quã hãbet. Ingress⁹ est itaq; naamã ad dñm suũ: & nũcia uit ei dicẽs. Sic & sic locuta ẽ puella: de terra israel. Dixitq; ei: rex syrie. Vade/et mittã litteras: ad regẽ israel. Qui cũ pfectus esset et tulisset secũ decẽ talẽta argẽti: et ser milia aureos et decẽ mutatoria vestimentoꝝ/ detulit litteras ad regẽ israel i hec verba. Cũ acceperis epystolã hãc: scito q̃ miseri ad te naamã seruũ meũ vt cures eũ a lepra. Cũq; legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta sua & ait Nũquid deus ego sũ vt occidere possim et viuificare: q; iste misit ad me vt curẽ hominẽ a lepra sua Animaduertite & videte: quot occasiones q̃rãt aduersũ me. Nõ cũ audisset helyse⁹ vir dei scidisse vi delicet regẽ israel vestimẽta sua: misit ad eũ dicẽs. Cur scidisti vestimẽta tua? Veniat ad me: & sciat pphetã esse in israel. Venit ergo naamã cũ eqs & currib⁹: et stetit ad hostiũ dom⁹ helysei. Misit q; ad eũ helyse⁹: nũciũ dicẽs. Vade/ & lauare septies in iordane: et recipiet sanitatem caro tua / atq; mũdaberis. Irat⁹q; naamã: recedebat dicẽs. Putabã q egrederet ad me: et stans inuocaret nomen dñi dei sui & tãgeret manu sua locũ lepre/ & curaret me Nũquid nõ meliores sũt abana & pharfar fluuij damasci: oib⁹ aqs israel vt lauer in eis & mũder? Cũ ergo verteret se & abiret indignãs: accesserũt ad eũ serui sui & locuti sunt ei Pater/ & si rẽ grãdẽ dixisset tibi ppheta: certe facere debueras Quãtomagis q; nũc dixit tibi: lauare et mũdaberis? Descendit et lauit in iorda ne septies iuxta sermonẽ viri dei: & restituta est caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli/ et mundatus est a lepra. Reuersusq; ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo/et ait. Vere scio q̃ nõ sit alius de⁹ in vniuersa terra: nisi tantũ dñs deus israel. ℣. Deus vitã meã nũciaui tibi: posuisti lachrymas meas in ꝓspectu tuo. ℟. Miserere michi domine q̃m conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tract⁹.

DOmine non scõm pctã nostra que fecimus nos: ne q̃ scõm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣⁹. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ cito anticipent nos miserico die tue q; pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℟. Adiuua nos deus salutaris nr̃: & ppter gloriã nois tui dñe libera nos/ et propicius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuum. Secundum lucam. cap. xij.

IN illo tpe: Dixerũt pharisei ad iesũ. Quãta audiuim⁹ facta in capharnaũ: fac et hic in patria tua? Ait autẽ. Amen dico vobis: q; nemo pꝛopheta accept⁹ est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in dieb⁹ helye in israel quando clausũ est celum annis tribus et mensibus sex cũ facta esset fames magna in omni terra. Et ad nullã illaꝝ missus est helyas: nisi in sarepta sydonie ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erãt in israel sub helyseo pphe ta: et nemo eoꝝ mundatus est nisi naamã syrus. Et repleti sũt oĩs in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerũt/ & eiecerũt illũ extra ciuitatẽ: & duxerũt illũ vsq; ad sup-

ciliũ mõtis/sup quẽ ciuitas illoꝝ erat edificata: vt precipitarẽt eũ. Ipe aũt trãsiẽs: per mediũ illoꝝ ibat. Offꝝ. Exaudi deꝰ oronẽ meã et ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde in me & exaudi me. ℣. Conturbat⁹ sũ a voce inimici & a tribulatione peccatoris / et expect⁹bã eũ qui saluum me faceret. Secreta.

QUanus quod tibi dñe nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentũ Per dñm. Cõio. Quis dabit ex syon salutare israel: cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue: exultabit iacob et letabit isrl. Postcõ.

QUesta quesumus omnipotens et misericoꝝs deus: vt que oꝛe contigimus / pura mente capiamus. Per dñ. Super populũ humiliate capita vestra deo. Oꝛ.

SUbueniat nobis quesumus dñe mia tua: vt ab iminentibus pcõꝝ nostroꝝ periculis temeamur ptegente eripi/te liberãte saluari. Per dominũ nostrum.

℣ Feria tercia. Ad missam. Offm

EGo clamaui qm quoniã exaudisti me deus inclina aurẽ tuã & exaudi ẽba mea: custodi me dñe vt pupillã ocli sub vmbra alarum tuarum protege me. ps. Exaudi dñe iusticiã meã: intẽde deprecationẽ meã. Oꝛemus. Flectamus genua leuate. Oratio.

EXaudi nos omnipotens et misericoꝝs deus: et cõtinentie salutaris propicius nobis dona concede. Per dominũ nostrum

Lectio libꝛi regum. iiij. iij. capit.

IN diebus illis: Mulier quedam: clamabat ad helyseum prophetam dicens. Seruus tuus vir meus moꝛtuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens dñm. Et ecce creditoꝛ venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit helyseus Quid vis vt faciã tibi? Dic michi qd habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade/et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere domũ tuam/et claude ostiũ cũ intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cũ plena fuerint tolles. Iuit itaq̃ mulier: et clausit ostiũ super se/et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infũdebat. Cũq̃ plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer michi adhuc vas. Et ille respõdit. Nõ habeo. Stetitq̃ oleum. Venit autẽ illa: et indicauit hoi dei. Et ille. Vade (inquit) et vende oleum: et redde creditoꝛi tuo. Tu autẽ et filij tui: viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis munda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nõ fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo.

Secundum matheu m. xviij. cap.

IN illo tempoꝛe: Respiciens Iesus in discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et coꝛripe eũ inter te et ipsũ solũ. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuũ. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos / vt in oꝛe duoꝛum / vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunq̃

alligaueritis super terram/erunt ligata et in celo. Et quecunq; solueritis super terram:erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis / quia si duo ex vobis consenserint super terrã de omni re quãcũq; petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi enim sũt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eoꝝ. Tunc accedẽs petrus ad eũ:dixit. Domine/ quotiẽs peccabit in me frater meus:et dimittam ei vsq; septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsq; septies:sed vsq; septuagesies septies. Offu. Dextera domini fecit virtutem/dextera domini exaltauit me/non moriar sed viuam & narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominũ:& exaudiuit me in latitudine quoniã dominus adiutor meus est. Dec.

PEr hec veniat ꝙs dñe sacramenta nostre redemptionis effectus:qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus:et ad salutaria cũcta perducat. Per. Cõ. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo:aut quis requiescet i mõte sancto tuo. qui ingreditur sine macula & operatur iusticiã. postc.

SAcris dñe mysteriis erpiati: et veniã quesumus cõsequamur et gratiã. Per ℟. Supplim. Hũiliate capita vestra deo. Oro.

QUa nos dñe protectione defende:et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ.

Feria quarta. Ad missã. Offm.

EGo aũt in domino speraui:exultabo et letabor i tua misericordia qz respexisti humilitatem meã. ℣. In te dñe speraui nõ confundar in eternũ: in iusticia tua libera me. Gloria patri. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio

PRaesta nobis domine: vt salutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vicijs abstinentes: propiciationẽ tuã facilius impetremus. Per dominum nostrum. Lectio libri exodi. xx. capitulo.

HEc dicit dñs deus. Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terrã / quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides / non mechaberis/non furtum facies:nõ loqueris contra proximum tuum falsũ testimonium. Non concupisces domum proximi tui:nec desiderabis vxorem eius/non seruum/nõ ancillam/non bouem/non asinum / nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus audiebat voces/et videbat lampades: et sonitum buccine/montemq; fumigantem. Et perterriti ac pauore percussi:steterũt procul dicẽtes moysi. Loquere tu nobis:et audiemꝰ Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitq; populus delonge: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; preterea dominus ad moysem. Hec dices filiis israel. Vos vidistis:q; de celo locutus sũ vobis. Non facietis deos argenteos:nec deos aureos facietis vobis Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud holocausta/ et pacifica vestra. Oues vestras & boues: in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Gr.- Miserere mihi dñe qm infirmus sum sana me dñe. ℣. Cõturbata sunt omnia ossa mea et anima mea turbata est valde. Tractus. De necessitatib⁹ meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ et dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meam: de⁹ me⁹ in te cõfido nõ erubescã/neq̃ irrideãt me ĩimici mei. ℣ Etenĩ vniuersi qui te expectãt nõ cõfundẽtur: cõfũdant oẽs facientes vana. Scõm matheum. xv. ca In illo tempore: Accesserunt ad iesũ ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones seniorũ? Non enĩ lauãt manus suas: cũ panẽ manducant Ipse autem respondens: ait illis Quare et vos trãsgredimini mãdatum dei: propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem: et matrem. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autẽ dicitis: quicunq̃ dixerit patri vel matri munus quodcunq̃ est ex me/tibi prodesse. Et nõ honorificabit patrẽ suum et matrem suã: et irritũ fecistis mandatum dei propter traditionem vestrã. Hypocrite: bene pphetauit de vobis ysaias propheta/dicẽs. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorũ longe est a me. Sine causa autẽ colunt me: docentes doctrinas ac mandata hominũ. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominẽ: sed quod pcedit ex ore / hoc coinquinat hominem. Tũc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis q̃ pharisei audito hoc verbo/scandalizati sunt. At ille respondens: ait. Omnis plantatio quã nõ plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt/duces cecorum. Cecus autem ceco si ducatum prestet: ambo in foueã cadunt. Respodens autẽ petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam? At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit et in secessum emittitur? Que autẽ procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hoĩem. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia/adulteria/fornicationes/furta/falsa testimonia/blasphemie. Hec sũt: que coinquinãt hominem. Non lotis autẽ manibus manducare: non coinquinat hominẽ. Ofty. Domine fac mecũ miam tuã propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. ℣. Deus laudem meam ne tacueris: q̃ os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Secreta. Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarũ: et tua mysteria celebrantes/ab omnibus nos defende periculis. Per dominum Comunio. Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo domine. Postcõio Sanctificet nos ĝs dñe qua pasti sumus mensa celestis: et a cunctis erroribus expiatos: supernis promissionibus reddat acceptos. Per dñm. Sup populum Humiliate capita vrã deo. Or. Oncede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiã querimus: liberati a malis omnibus / secura ti-

bimente seruiamus. Per dominũ

Feria quinta. Ad missã. Offñ

SAlus populi ego sum dicit dñs: de quacũq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illoꝝ dñs in perpetuũ ps. Attendite populе meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Gloria. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio

OOncede quesumus omipotens deus: vt ieuniorũ nobis sancta deuotio: et purificationem tribuat / et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominũ

Lectio hieremie prophete. vii. ca.

IN diebus illis: Factus est sermo domini ad me: dicens Sta in porta domus dñi: et predica ibi verbũ istud / et dic. Audite verbũ dñi ois iuda: qui ingredimini per portas has vt adoretis dñm Hec dicit dñs exercituũ: deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: tẽplũ dñi tẽplũ dñi / tẽplũ dñi est Nñ si bñ direxeritis vias vras et studia vestra: si feceritis iudiciũ inter virum et proximũ eius / aduene et pupillo et vidue nõ feceritis calũniam / nec sanguinem innocentẽ effuderitis in loco hoc. Et post deos alienos nõ ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto in terra quã dedi patribus vris / a seculo et in seculum. Dicit dñs: omnipotẽs. Grad Oculi omniũ in te sperant domine: et tu das illis escam in tempore opportuno. ℣ Aperis tu manum tuam: et implés omne animal benedictione. Secundum iohannem. vii.

IN illo tpe: Dixit ihesus turbis iudeoꝝ. Operamini non cibũ qui perit: sed qui permanet in vitam eternã / quã filius hois dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eũ. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit ihesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres nri manducauerũt mãna in deserto: sicut scriptũ est. Panẽ de celo: dedit eis mãducare. Dixit ergo eis ihesus. Amen amen dico vobis: nõ moyses dedit vobis panẽ de celo / sed pater meus dat vobis panem de celo verũ. Panis enim dei est qui descẽdit de celo: et dat vitã mũdo Dixerũt ergo ad eũ. Dñe / semper da nobis hũc panẽ. Dixit aũt eis ihesus. Ego sũ panis vite. Qui venit ad me: nõ esuriet. Et q̃ credit in me: nõ sitiet vnq̃. Offꝫ Si ambulauero in medio tribulationis vivificabis me dñe: et sup iram inimicoꝝ meoꝝ extẽdes manũ tuã: et saluum me fecit dextera tua. ℣. In quacũq; die inuocauero te exaudi me dñe multiplicabis in aĩa mea virtutem tuam. Secreta.

HAc nos domine q̃sumus ad sancta mysteria purificatis mẽtibus accedere: vt tibi sẽp cõpetens deferamus obsequiũ. Per. Cõio. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõio.

SAcramenti tui dñe veneranda perceptio: et mystico nos mũdet effectu: et perpetua virtu-

te defēdat. Per ꝺ. Sup pplm. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

SUbiectū tibi populum quesumus domine propitiatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mādatis. Per dñm. ℭ Feria sexta. Ad missā. Officiū.

EAc mecū dñe signū in bonum vt videant qui me oderunt et confundantur qm̄ tu dñe adiuuisti me & cōsolat⁹ es me. ℣. Inclina dñe aurē tuā et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego. Orem⁹ Flectam⁹ genua leuate. Oꝛ

IEiunia nostra quesum⁹ domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vicijs et iniquitatibus in mente. Per dominum. Lectio libri numeri. xx. capitulo.

IN diebus illis: Cōuenerunt filij israel aduersū moysē et aaron: et versi in seditionem dixerunt. Date nobis aquā: vt bibamus. Ingressiq; moyses et aaron dimissa multitudine ante tabernaculum fedcris: corruerunt proni in terram/clamauerūtq; ad dominum atq; dixerunt. Dñe deus/exaudi clamorē populi huius: et aperi eis thesaurum tuū fontem aque viue/vt satiati cessent murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dñi: super eos. Locutusq; est dñs: ad moysē dicens. Tolle virgam & congrega populū tu & aaron frater tuus: et loquimini ad petrā coram eis/et illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā de petra: bibet omis multitudo/& iumēta eoꝝ. Tulit igitur moyses virgā que erat in conspectu domini sicut preceperat ei: cōgregataq; omni multitudine ante petrā/dixit eis Audite rebelles: et increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus ejicere? Cūq; eleuasset moyses manū percutiēs virga bis silicē: egresse sunt aque largissime/ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq; dominꝰ ad moysem et aaron. Qꝛ nō credidistis michi vt sanctificaretis me coram filijs israel: nō introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis vbi iurgati sunt filij israel cōtra dominum: et sanctificatus est in eis. ℣. Grad. In deo sperauit cor meum et adiutus sum et refloruit caro mea: et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo deus meus: ne sileas/ne discedas a me. Tractus.

ODomine non scōm petā nostra que fecimus nos: neq; scōm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū cito anticipent nos misericordie tue qꝛ pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄: & ppter gloriā nois tui dñe libera nos/et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Secundū iohānē. iiii.

IN illo tempore: Venit iesus in ciuitatē samarie que dicitur sychar: iuxta predictū quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi: fōs iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hora autem erat: quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquam. Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerēt. Dixit ergo ei mulier illa: samaritana. Quomodo

tu iudeus cũ sis: bibere a me poscas que sum mulier samaritana? Non eni coutũtur iudei: samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donũ dei/et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo/et dedisset tibi aquã viuam. Dixit ei mulier. Dñe/neq; in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquã viuã? Nũquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteũ: et ipse ex eo bibit & filij eius/et pecora eius? Respõdit iesus: et dixit ei. Oĩs qui bibit ex aqua hac: sitiet iterũ Qui aũt biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam Dixit ad eum mulier. Dñe/da michi hanc aquam vt non sitiã: neq; veniam huc haurire? Dixit ei iesus. Uade/voca virũ tuũ: et veni huc. Respondit ei mulier: et dixit. Non habeo virũ. Dixit ei iesus. Bene dixisti: q; non habeo virum. Quinq; eni viros habuisti: et nũc quê habes nõ est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Dñe/video q; ypheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerũt: et vos dicitis/quia hierosolimis est locus vbi adorare oportet Dixit ei iesus. Mulier/crede michi: q; veniet hora quando neq; in monte hoc/neq; in hierosolimis adorabitis patrẽ. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus qõ scimus/quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quãdo veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eũ Spiritus est deus/et eos qui adorant eum: in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier Scio quia messias venit: qui dicitur christus Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omia. Dixit ei iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamẽ dixit ei quid q̃ris: aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã suam mulier: & abijt in ciuitatem/et dixit illis hoĩbus. Uenite et videte hoĩem: qui dixit mihi omnia quecunq; feci. Nũquid ipse est christus? Exierũt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli: dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos nescitis Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis q; adhuc quattuor mẽses sũt: et messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros & videte regiones: quia albe sunt iã ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in vitã eternam. Ut et qui seminat simul gaudeat: et qui metit. In hoc eni est verbum verum: quia alius est qui seminat/& alius est qui metit Ego misi vos metere: quod non laborastis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorũ: propter verbum mulieris testimonium perhibentis/quia dixit michi omnia quecunq; feci.

Cum venissent ergo ad illũ samaritani: rogauerũt eũ vt ibi maneret. Et mansit ibi: duos dies. Et multo plures crediderũt in eũ p̃pter sermonẽ eius: & mulieri dicebant/ q̃z iã non p̃opter tuã loq̃lã credimus. Ipsi enim audiuimus et scimus: q̃z hic est vere saluator mundi. Offr. Intẽde voci oronis mee rex meus & deus me⁹: q̃m ad te orabo dñe. ℣. Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorem meũ et exaudi me. Secreta.

HEspice dñe p̃picius ad munera q̃ sacramus: vt et tibi grata sint/et nobis salutaria semper existãt. P̃er do. Cõio. Qui biberit aquã quam ego do dicit dñs samaritane: fiet in eo fõs aque saliẽtis in vitã eternam. Postcõio.

HAlius nos dñe perceptio sacramenti mundet a crimine: & ad celestia regna perducat. P̃er dominũ. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oratio.

QResta quesumus omnipotens deus/ vt qui in tua protectione cõfidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. P̃er dominum nostrum.

Sabbato ad missam. Officiũ.

VErba mea auribꝰ percipe domine intellige clamorem meum: intẽde voci orationis mee ps̃Rex meus: et deus meus. Gloria patri. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio.

QResta quesumus omnipotens deus/ vt qui se affligẽdo carnem ab alimentis abstinẽt: sectando iusticiam a culpa ieiunẽt p̃r ℣. Lectio danielis p̃phete.

IN diebus illis: Erat vir in babilone: et nomen eius ioachim. Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie: pulchrã nimis/et timentem deum. P̃arentes autem illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam secundũ legem moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum domui sue. Et ad ipsum confluebant iudei: eo q̃ esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dominus Quia egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus: qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim: et ventebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur susanna/et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem et deambulantem: et exarserunt in concupiscentiam eius. Et auerterunt sensum/et declinauerunt oculos suos vt nõ viderent celum: neq̃ recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autem cum obseruarent die aptũ quando eam possent inuenire solam: ingressa est aliquando sicut heri/ et nudiustercius cum duabus solis puellis/ voluitq̃ lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et non erat ibi quisq̃: p̃ter duos senes absconditos/ contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata: et hostia pomerij claudite/ vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes/ et accurrerunt ad eam/ et dixerunt. Ecce hostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt. Quamobrem/ assentire

obis:et cõmiscere nobiscũ Dñõ si
oluer is dicem⁹ testimoniũ cõtra
e:q fuerit tecũ iuuenis ℰ ob hãc
ausã emiseris puellas a te. Juge
uit susãna:et ait. Angustie mi=
hi sunt vndiq. Si enĩ hoc egero
ors michi est:si aũt nõ egero nõ
fugiã man⁹ vãs Sed meli⁹ mi=
hi est absq ope incidere in man⁹
ãas:q peccare in cõspectu dñi.
Et exclamauit voce magna susã
a:exclamauerunt autẽ et senes
duersus eam. Cum aũt audisset
lamorẽ i pomerio famuli domus:
ecurruerunt p posticũ vt viderent
quidnam esset. Postq autem se=
es locuti sũt:erubuerũt serui ve
ementer / q nũq dictus fuerat
ermo huiuscemodi de susãna. Et
acta est dies crastina. Cumq ve=
isset popul⁹ ad virũ ei⁹ ioachi:
enerunt et duo presbyteri pleni
niqua cogitatione aduers⁹ susan
ã vt interficerẽt eã. Et direrunt
orã populo. Mittite ad susannã
liã helchie:vorẽ ioachi. Et sta=
im miserunt. Et venit cũ parẽti
us ℰ filijs:ℰ vniuersis cognatis
uis. Flebãt igitur sui:ℰ oms qui
ouerũt eã. Cõsurgẽtes autẽ duo
resbyteri i medio populi:posue=
unt manus suas sup caput eius
Que flens:suspexit ad celũ. Erat
utẽ cor ei⁹:fiduciã habẽs in dño
Et direrũt presbiteri. Cũ deam=
ularem⁹ in pomerio soli:ingres=
a est hec cũ duabus solis puellis
t clausit ostia pomerij/et dimisit
se puellas. Venit itaq ad eã ado
escens q erat absclõditus:et cõcu=
uit cũ ea. Porro nos cũ essemus
n angulo pomerij videtes iniq=
atẽ:cucurrimus ad eos ℰ vidim⁹
os pariter cõmisceri. Et illũ qui
em nequiuimus cõprehẽdere:q
fortior nobis erat / et apto ostio
exiliuit. Hãc aũt cũ apprehẽdisse
mus:interrogauim⁹ quisnã esset
adolescẽs/et noluit idicare nobis
Huius rei testes sum⁹. Credidit
eis multitudo quasi senibus ℰ iu
dicibus populi: et cõdẽnauerunt
eã ad mortẽ. Exclamauit aũt vo=
ce magna susãna:ℰ dixit. De⁹ eter
ne qui absclõditor es cognitor: q
nosti oia anteq fiant / tu scis qm
falsũ contra me tulerũt testioniũ
Et ecce morior cũ nichil horũ fece=
rim: q isti maliciose cõposuerunt
aduersũ me. Exaudiuit autẽ dñs
vocẽ eius. Cũq duceret ad mor=
tẽ:suscitauit deus spm pueri iu=
nioris cui nomẽ daniel. Et excla=
mauit voce magna Mũd⁹ ego sũ
a sãguine huius. Et cõuersus ois
pplus ad eũ:dixit. Quis est sermo
iste/quẽ tu locut⁹ es? Qui cũ sta=
ret in medio eor:dixit. Sic fatui
filij israel nõ iudicantes / neq qđ
verũ est cognoscẽtes: cõdẽnastis
filiã israel. Reuertimini ad iudi=
ciũ:q falsũ testioniũ locuti sunt
aduersus eam. Reuersus est ergo
pplus cum festinatione:et dixit ad
eos daniel. Separate eos ab iui=
cem procul:et diiudicabo eos Cũ
ergo diuisi essent alter ab altero
vocauit vnũ de eis/et dixit ad eũ
Inueterate dierũ malorũ/nũc ve
nerũt pcta tua q operebaris pri⁹
iudicans iudicia iniusta / inocẽtes
opprimẽs et dimittẽs noxios:di=
cente dño. Innocentẽ et iustũ:nõ
interficies Nũc ergo si vidisti eã:
dic sub qua arbore viderẽ eos col
loquẽtes sibi. Qui ait, Sub cino
Dixit aũt daniel. Recte mẽtitus
es:in caput tuũ Ecce enĩ angelus
dñi accepta sentẽcia ab eo:scindet
te mediũ. Et amoto eo:iussit ve=

minis istiꝰ? c. Dixit ille. s. Nō sū
c. Stabāt autem serui ⁊ ministri
ad primas q̄ frigus erat: et cale
faciebāt se. Erat aūt cū eis ⁊ petrꝰ
stans: ⁊ calefaciēs se. Pontifex er
go interrogauit ihesum de disci
pulis suis: et de doctrina eius.

Respōdit iesus. ✠ Ego palā locutus sū mūdo. Ego semp docui in synagoga et in tēplo quo oēs iudei cōueniūt:et in occulto locutus sum nichil.Quid me interrogas? Interroga eos: qui audierūt qd locut⁹ sum ipsis.Ecce hi sciūt: que dixerim ego. c. Hec aūt cū dixisset:vnus assistēs ministroꝝ dedit alapam iesu/dicens. s. Sic respōdes pōtifici? c. Rūdit ei iesus ✠ Si male locut⁹ sū: testimoniū perhibe de malo.Si aūt bene: qd me cedis? c. Et misit eū annas ligatū:ad cayphā pōtifice m. Erat aūt petrus stans:et calefaciens se Dixerūt ergo ei. s. Nūquid et tu ex discipulis eius es? c. Negauit ille:et dixit. s. Non sum. c. Dixit ei vnus ex seruis pōtificis:cognatus eius cuius abscidit petrus auriculā. s. Nōne ego te vidi in orto cū illo? c. Iterū ergo negauit petrus:et statim gallus cantauit.

Adducūt ergo iesū:a cayphā in prtoriū. Erat aūt mane. Et ipsi nō introierūt in prtoriū:vt nō cōtaminarētur sed māducarēt pascha Exiuit ergo pylat⁹ ad eos foras: et dixit. s. Quā accusationē affertis aduersus hominem hūc? c. Respōderunt ⁊ dixerūt ei. s. Si nō esset hic malefactor:nō tibi tradidissemus eū. c. Dixit ergo eis pylatus. s. Accipite eū vos:et secundū legē vestrā iudicate eū. c. Dixerunt ergo ei iudei. s. Nobis nō licet:interficere quēq. c. Ut sermo iesu impleretur quē dixit:significans qua morte esset moriturus.

Introiuit ergo iterū in prtoriū pylatus:⁊ vocauit iesū ⁊ dixit ei. s. Tu es rex iudeoꝝ? c. Respōdit iesus. ✠ A temetipso hoc dicis:an alij tibi dixerūt de me? c. Respondit pylatus. s. Nūqd ego iudeus sum? Gens tua ⁊ pōtifices:tradiderunt te michi. Quid fecisti? c. Rūdit iesus. ✠ Regnū meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mundo esset regnū meū:ministri mei vtiq; decertarēt vt nō traderer iudeis Nūc aūt regnū meū non est hinc. c. Dixit itaq; ei pylatus. s. Ergo rex es tu? c. Rūdit iesus ✠ Tu dicis:qz rex sū ego. Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundum:vt testimoniū perhibeam veritati. Omis qui est ex veritate:audit vocē meā. c. Dixit ei pylat⁹. s. Quid est veritas? c. Et cū hoc dixisset: iterū exiuit ad iudeos/⁊ dixit eis. s. Ego nullā inuenio in eo causā. Est aūt cōsuetudo vobis:vt vnū dimittā vobis in pascha. Vultis ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ? c. Clamauerūt rursū oēs dicentes s. Non hunc/sed barabā. c. Erat aūt barabas latro. Tūc ergo apprehēdit pylatus iesū:⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis imposuerūt capiti ei⁹:⁊ veste purpurea circūdederūt eū/ et veniebant ad eum et dicebāt. s. Aue rex iudeoꝝ? c. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pylatus foras: ⁊ dixit eis. s. Ecce adduco vobis eū foras:vt cognoscat; qz in eo nullā causā inuenio. c. Exiuit ergo iesus portās spineā coronā:et purpureū vestimētū/et dixit eis pylatus. s. Ecce homo. c. Cū ergo vidissent eū pontifices et ministri; clamabant dicentes. s. Crucifige crucifige eū. c. Dixit eis pylatus. s. Accipite eū vos:et crucifigite. Ego enī nō inuenio:in eo causā. c. Respōderūt ei iudei. s. Nos legē habemus:et secūdū legē debet mori/qz filiū se fecit. c. Cum er-

o audiſſet pylatus hunc ſermo=
i:magis timuit .Et ingreſſus eſt
retoziũ iterũ : & dixit ad ieſũ.s.
nde es tu?c. Jeſus aũt reſpon=
um nõ dedit ei. Dixit ergo ei py=
latus.s. Michi nõ loqueris? Ne
cis q̃ poteſtatẽ habeo crucifige=
re te:& poteſtatẽ habeo dimittere
e?. Rñdit ieſus.✝ Non habe=
es poteſtatẽ aduerſũ me vllã:ni=
ũ tibi eſſet datũ deſup. Propter=
a qui tradidit me tibi:maius pec
atũ habet.c Et exinde q̃rebat py
latus:dimittere eũ. Judei aũt cla
mabant dicẽtes.s. Si hũc dimit=
is:nõ es amic⁹ ceſaris. Omis enĩ q̃
ſe regem facit:q̃ tradicit ceſari.c.
Pylatus ergo cũ audiſſet hos ſer
mones:addurit foras ieſũ & ſedit
pro tribunali in loco q̃ dicit̃ licho
ſtratos/hebraice autem gabatha
Erat autẽ paraſceue paſche hora
quaſi ſexta:& dixit iudeis.s. Ec=
ce rex veſter.c. Jlli aũt clamabãt
.Tolle tolle:crucifige eũ.c. Di=
xit eis pylatus.s. Regẽ veſtrum
crucifigã?c. Reſpõderunt põtifi=
ces.s. Non habemus regem:niſi
ceſarẽ.c. Tũc ergo tradidit eis il
ũ:vt crucifigeretur. Suſceperũt
aũt ieſũ:et eduxerũt. Et bajulãs
ibi crucẽ exiuit in eũ qui dicit̃ cal
uarie locũ:hebraice autem golgo
tha/vbi eũ crucifixerunt.Et cum
eo alios duos hinc & hinc:mediũ
aũt ieſũ. Scripſit aũt & titulũ py
lat⁹:& poſuit ſup crucẽ . Erat aũt
ſcriptum. Jeſus nazarenus rex iu
deor. Hũc ergo titulũ multi lege
runt iudeor:q̃ ppe ciuitatẽ erat
locus vbi crucifixus eſt ieſus.Et
erat ſcriptũ:hebraice/grece/et la=
tine.Dicebãt ergo pylato:põtifi=
ces iudeor. Noli ſcribere rex iu
deor:ſed q̃ ipſe dixit rex ſũ iudeo
rũ.c. Reſpõdit pylat⁹.s. Quod
ſcripſi ſcripſi.c. Milites ergo cũ
crucifixiſſẽt eum acceperũt veſti=
menta eius et fecerunt quattuor
partes:vnicuiq̃ militi partẽ & tu
nicã.Erat autẽ tunica inconſuti=
lis:deſup̃ texta per totũ.Dixerũt
ergo ad inuicem.s. Nõ ſcindam⁹
eã:ſ̃z ſortiamur de illa cuius ſit.c.
Ut ſcriptura impleretur dicens.
Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi .
Accedant duo miniſtri in ſuppel=
licijs vn⁹ ad dextrum & alius ad ſi
niſtrũ cornu altaris :et inde duo
lint theamina ãmoueãt que ad hoc
ſuper altare fuerant apposita.
Et in veſtẽ meã:miſerunt ſortem
Et milites q̃dẽ hec fecerunt.Sta
bant autẽ iuxta crucẽ ieſu mater
eius & ſoror matris ei⁹ maria cleo
phe:et maria magdalene. Cũ vi=
diſſet ergo ieſus matrẽ et diſcipu
lũ ſtantẽ quẽ diligebat:dixit ma=
tri ſue.✝ Mulier/ecce filius tu⁹
c.Deinde dixit diſcipulo.✝ Ecce
mater tua.c Et ex illa hora:acce
pit eã diſcipulus in ſuam.Poſtea
ſciẽs ieſus q̃ iã oĩa ꝯſũmata ſũt :
vt ꝯſummaretur ſcriptura dixit .
✝ Sitio .c Vas ergo poſitũ e=
rat:aceto plenũ. Jlli aũt ſpongiã
plenã aceto yſopo circonẽtes:ob
tulerunt ori eius . Cũ ergo acce=
piſſet ieſus acetũ:dixit. ✝ Cõſũ
matũ eſt.c. Et inclinato capite :
tradidit ſpiritũ . Sequar.Pater
nr̃.Aue. In manus.c. Judei ergo
q̃m paraſceue erat : vt non rema=
nerent in cruce corpora ſabbato /
(erat enim magn⁹ dies ille ſabba
ti)rogauerũt pylatũ vt frangerẽ
tur eor̃ crura/et tollerẽtur Venе
runt ergo milites/et primi quidẽ
fregerunt crura:et alterius q̃ cru
cifixus eſt cum eo . Ad ieſum autẽ

cū venissent vt viderūt eum iam mortuū nō fregerūt eius crura/ sed vnus militū lancea latus eius aperuit:et cōtinuo exiuit sāguis et aqua.Et qui vidit testimoniū perhibuit:et verū est testimoniū eius.Et ille scit qr vera dicit: vt et vos credatis.Facta sunt enim hec:vt scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo.Et iterum alia scriptura dicit.Videbunt in quem transfixerūt. Euāgelium.

POst hec aūt rogauit pylatum ioseph ab arimathia/ eo q̄ esset discipulus iesu/occultus aūt propter metū iudeorū:vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus Venit ergo:et tulit corpus iesu. Venit aūtē et nichodemus qui venerat ad iesū nocte primū: ferens mixturā mirre & aloes q̄si libras centū.Acceperūt ergo corpus iesu & ligauerūt cū linteis cū aromatibus:sicut mos iudeis est sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifix⁹ est hortus:et in horto monumētū nouum/in quo nondum quisq̄ positus fuerat Ibi ergo propter parasceuē iudeorū/qr iuxta erat monumētū: posuerūt iesum Sequunt orōes solēnes & ad vnā quāq̄ illarū dicit. Flectam⁹ genu. nili ad eā que orat pro iudeis. Or

OREm⁹ dilectissimi nobis imprimis ecclesia sancta dei vt eā deus et dūs noster pacificare & custodire dignetur toto orbe terrarū:subiiciens ei principatus et potestates:detq̄ nobis quietā et tranquillā vitā de gentib⁹ glorificare deū patrē omnipotentem Deinde dicat sacerdos. Oremus. Deinde dicat dyaconus. Flectamus genua leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui gloriā tuā omnibus in xpo gentib⁹ reuelasti:custodi ꝯs opera misericordie tue:: vt ecclia tua toto orbe diffusa/stabili fidei cōfessione tui nois perseueret.Per eundē dñm. Chorus respondeat Amen. Et oēs orationes finiantur sub tono predicto. Oratio.

OREmus & pro beatissimo papa nostro N. vt deus et dūs noster qui elegit eū in ordine episcopatus sanū atq̄ incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populū sanctū dei. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio

OMps sempiterne deus cuius iudicio vniuersa fūdantur respice ppici⁹ ad preces nās et electū nobis antistitē tua pietate cōserua:vt xpiana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur.Per dominū. Or

OREmus et pro oibus epyscopis/presbiteris / dyacon⁹ subdyaconibus/accollitis/exorcistis/lectoribus/hostiariis/cōfessorib⁹/virginibus/viduis/& pro omni populo sancto dei.Oremus Flectamus genua leuate.Oratio

OMps sēpiterne deus:cuius spū totū corpus ecclie sanctificatur et regitur:exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicātes vt gratie tue munere ab oibus tibi gradibus fideliter seruiat.Per dominū.In vnitate eiusdem.Or

OREmus et pro xpianissimo rege nostro N. vt deus & dominus noster subditas illi faciat oēs barbaras nationes ad nostram perpetuā pacem. Oremus. Flectamus genua leuate. Oratio

OMps sēpiterne deus:in cuius manu sūt oīm potestates

tes & olim iura regnoꝝ:respice ad
ꝓpitianoꝝ benignꝰ iperiũ vt gẽtes
q̃ sua feritate confidũt:potẽtie tue
dextera ꝓmãtur.Per dñm. Oratio
OKemus & pro catheçuminis
nostris/vt deus et dñs no=
ster adaperiat aures ꝑcordioꝝ ip=
sorꝝ ianuãꝫ misericordie:vt p la=
uacrũ regenerationis accepta re=
missiõe oim pcatoꝝ & ipsi digni iue
niantur in xpo iesu dño nro. Ore
mus.Flectamus genua leuate/or
OMps sẽpiterne deus/qui ec
clesiam tuã noua semper p=
lefecũdas:auge fidẽ et intellectũ
catheçuminis nris:vt renati fõte
baptismatis adoptionis tue filios
aggregentur.Per dñm. Oratio.
OKemus dilectissimi deũ pa=
trẽ omnipotentẽ:vt cunctis
mũdũ purget erroribus/morbos
auferat/famem depellat/aperiat
carceres/vincula dissoluat/pere=
grinantibus reditũ/infirmanti=
bus sanitatẽ/nauigantibꝰ portũ
salutis indulgeat. Oremus Fle=
ctamus genua leuate. Oratio.
OMps sẽpiterne deꝰ/mestoꝝ
consolatio/laborantiũ fortis
tudo/perueniant ad te preces de
quacũꝫ tribulatione clamantiũ:
vt omnes sibi in necessitatibꝰ sue
is misericordiam tuam gaudeant
affuisse. Per dominum. Oratio.
OKemus & p hereticis & scisma
ticis/vt deus & dñs noster ie
sus christus eruat eos ab errorib⁹
conuersis:et ad sanctam matrem
ecclesiã catholicã et apostolicã re=
uocare dignetur. Oremus Flecta
mus genua leuate. Oratio.
OMnipotens sẽpiterne deus/
qui saluas oẽs homines:et
neminẽ vis perire:respice ad ani=
mas dyabolica fraude deceptas:
vt omni hereticã prauitate depo
sita/errantium corda resipiscant/
et ad veritatis tue redeant vnita
tem.Per dominũ nostrũ. Oratio
OKemus et pfidis iudeis:
vt deus et dñs noster auferat
velamen de cordibus eorum:vt et
ipsi agnoscant iesum christum do
minum nostrũ.Oremus. Hic non
dicitur Flectam⁹ genua. Oratio.
OMnipotens sempiterne deus
qui etiam iudaicam perfidiã
a tua misericordia non repellis:
exaudi preces nostras quas pro il
lius populi obcecatione deferim⁹
vt agnita veritatis tue luce que
christus est a suis tenebris erua=
tur.Per eũdem dominũ. Oratio.
OKemus et pro paganis:vt de
us omnipotens auferat iniq
tatem de cordibus eoꝝ:vt relictis
ydolis suis conuertantur ad deũ
viuum et verum: et vnicum filiũ
eius iesum christum deũ et domi=
num nostrũ:cum quo viuit et re=
gnat deus cum spiritu sancto.Per
omnia secula seculorum.Oremus
Flectamus genua leuate.Oratio
OMnipotens sempiterne deꝰ:
qui nõ vis mortẽ peccatoꝝ sꝫ
vitam semper inquiris:suscipe p
picius orationem nostram:et libe
ra eos ab ydoloꝝ cultura:& aggre
ga ecclesiæ tue sancte ad laudem &
gloriam nominis tui.Per dñm.
Finitis oronibus eruat sacerdos
casulã et in sede sua iuxta altare
se reponat cũ dyacono et subdya=
cono:& interi alij duo pbri de su=
periori gradu nudatis pedib⁹ al'
vis induti absq; paruris tenẽtes
crucẽ coopertã super brachia sole
niter inter eos retro magnã alta
re in dextera parte canant hos ℣.
Popule meꝰ qd. Duo dyaconi de

scđa forma i capis suis nigris ad gradũ chori ad alta.cõuersi dicãt **Agyos.** Chorus rñdeat cũ genuflexione osculãdo formulas trib⁹ vicib⁹ in vna rñsione vnaq̃q vice resurgẽdo. **Hãc⁹ dr⁹.** Sacerdotes vero tenẽtes crucẽ retro altare: et diaconi ad gradũ chori di. **Agyos** sẽp sint stãtes. Itẽ sacerd̃.loco nõ mutato di.ỹ. **Mreduxit** Dyaconi **Agyos.** chor⁹. **Scũsdeus.** Itẽ sacerd̃.la⁹ nõ mutato di.ỹ **Quid vltra.** Dyaco. **Agyos** cho. **Scũs deus.** Deide sacerd̃.discoopientes crucẽ iurta altare i dextera pte cantat hãc ã. **Ecce lignũ.** Chor⁹ cũ genuflexione osculãdo formulas rñdeat.ã. **Crucẽ tuã.** ỹ. **De⁹ miserear.** tot⁹ ps dr̃ sine **Glia pa.** a toto choro: et post vnũquẽq ỹ. repetat ã.silr a toto choro cũ genuflexione: et interi deponat crux solenniter sup terciũ gdũ ab altari iurta quã sedeant pdicti sacerd̃.vn⁹ a dextris et alius a sinistris Deide predãt clerici ad crucẽ adorandã nudatis pedib⁹ incipientes a maioribus. Finito po cũ ã.cantet sequens hy⁹: a duob⁹ sacerd̃. interi sedẽtibus iurta crucẽ mõ supradicto. Hymn⁹. **Crux fidelis.** Chor⁹ eũdẽ repetat post vnũquẽq ỹ. interi sedẽdo. Itẽ sacerd̃.di.ỹ. **Pãge lingua.** ỹ. **De parẽt.** ỹ. **Hoc op⁹** ỹ. **Mñ venit.** ỹ **Lustra ser.** ỹ **Hic acetũ.** ỹ. **Glia et honor.** His finitis deponet crux per mediũ chori a pdictis duob⁹ sacerd̃. vbi a ppo adoret ante aliqd̃ altare: et interi cãtet hec sequẽs.ã. in choro cũ suo ỹ. a toto choro interi sedẽte. Cãtore icipiẽte.ã. **Dñ fabricator.** ỹ. **O admirabile.** **Aperto.** Adorata cruce et finita ã. pdicta cũ suo.ỹ. predicti sacerd̃ ea reuerentia qua crucẽ antea exportauerũt per mediũ chori vsq̃ ad sũmũ altare iterũ reportẽt. tũc cõuenãt oẽs clerici de choro ad altare et reinduat sacerd̃.casulã quã pus exuerat / et accedat ad gradũ altaris cũ dyacono et subd̃.et dicat. **Cõfitor.** et **Miserear.** et absolutionẽ cũ precibus et orõnib⁹ **Auser a nob⁹** dñe more solito: tñ hic nõ det osculũ pacis. Deide sacrificio sup altare more solito deposito et incensato cũ aque et vini infusione i calice sclz post ablutionẽ manuũ dicat cũ hñiliatione corã altari. **In spũ hũilitatis.** osculãdo altare et bñdicẽdo sacrificiũ et vtat se di. **Orate fratres** more solito. Postea dicat stati hunili voce sine nota **Orem⁹. Preceptis sa.** cũ orõe do.sclz **Pater nr̃.** chor⁹.rñdeat **Sed libera nos.** Deinde dicat **Liberanos qs.** et **Da pplicius.** In qua orõne dũ dr̃ **Per eũdẽ.** frãgat corp⁹ dñi sicut solet fieri ceteris dieb⁹. Deide dicat m odesta voce vz sine nota. **Per oia scla sclor.** chor⁹ rñdeat **Amen** Postea dimittat in calicem sicut solet pte hostie. Non dr̃ **Pax dñi** nec **Agn⁹ dei** nec par dr̃: sed stati cõmunicet se sacerdos dicẽdo **Corpus dñi.** ꝛc. Ad corpus et sãguinẽ **Corp⁹ et sanguis.** nulla precedẽte orõe. Deinde post lotionẽ manuũ dicãt vespas nõ cãtãdo: sed bini et bini priuati corã altari hoc modo ã. **Caltex.** ỹ. **Credidi.** et cet. ãe cũ suis ps sicut in die cene. ã. **Cenantibus.** ỹ. **Magnificat.** Deinde stãdo dr̃ **Pater nr̃.** cũ po. **Miserere** quo finito dicat sacerdos in audientia sed sine nota postcõ. sine **Dñs vo.** et sine **Orem⁹.** Hoc mõ incipiens. **Respice qs dñe** super **hac familiã.** sine **Qui tecũ.** et fit

missa ℰ vespere simul fiunt. Non dicit **Dñs vo.** nec **Bñdicam⁹ dño.** nec **Ite missa est.** Finitis vesperis eruat sacerd̄. casulā. ℰ assumens se cū vnū de ꝑlatis in superpellicijs amboꝝ pedibus nudatis reponat crucē in sepulchrū pariter cuꝫ corꝓe dñico: scz in pxide incipiens ipe solus. ℟. **Estimat⁹ sū.** genuflectendo cū suo socio: q̄ incepto statim surgāt siue fiat in ℟. **Sepulto dō.** Chor⁹ prosequat cū suo v̄. genuflectendo cōtinue vsqꝫ in finē seruitij Deide incensato sepulchro ℰ clauso ostio incipiat idē sacerd̄. ℟. **Sepulto** Chorus cantet cū suo v̄. Ad istas tres ās. genuflectent p̄dicti sacerd̄. cōtinue. sacerdos icipiat ā. **In pace.** Chor⁹ plequat in idipm Itē sacer. ā. **In pace fact⁹ est.** ch. p sequat: loc⁹ eius Itē sacer. ā. **Caro mea.** cho. plequat. **requiescet in spe.** His finitis et dictis oronibus ad placitū secrete ab oibus cū genuflexiōe: oibus alijs ad libitū recedētib⁹ ordie nō seruato: reinduat sacerdos casulā ℰ eodē ordine quo accessit i pncipio seruitij cū dyacono ℰ subd̄. ℰ ceteris ministris altaris abscedat. Exinde ardebit cōtinue vnus cereus ad minus ante sepulchrū vsqꝫ ad pcessionē q̄ fiti resurrectiōe dñica in die pasche/ ita tñ q⁹ dū ꝑs **Bñdictus.** canit et cetera q̄ sequūtur in sequēti nocte extinguat. Silr extiguat in vigi. pasc. dū bñdicit nouus ignis vsqꝫ dū accendatur cereus paschalis. rrr. vi. pedes cōtinens i lōgitudie.

Sabbō sctō in vigilia pasche pmo fiat bñdictio ignis ab executore officij induto vestibus sacerdotalib⁹ cū cappa serica / dyacon⁹ dalmatica ℰ subdyacon⁹ tunica induantur cū ceteris mīstris altaꝝ albis cū amictib⁹ indutis sine lumine: cū cereis ℰ sine cruce et sine igne i thuribulo. Quidā etiā de pma forma i superpellicijs cereū extinctū super hastā quādā deferēs ℰ pcessionē precedēs post portitorē aque bñdicte p mediū chori ad nouū ignez bñdicendū pcessionaliter eat choro sequente habitu non mutato ad columnā ex parte australi turta fontez vbi sacerdos executor officij ignez bñdicat qui accendat ibidē: scilz in medio iter duas colūnas. In eundo vero dicit iste psalmus **Dominus illuminatio.** sine nota et sine **Glozia patri.** Hoc mō fiat statio ad ignē: sacer. turta ignē stet ad orientē superius ℰ ad sinistrū ei⁹ stet dyaco. subdy. vero ad sinistrum dyaco. Ceroferarius vn⁹ stet sacerd̄. oppositus ad dexterā ceroferarij puer tenens librū primitor sacerd̄. Alius autem ceroferarius stet retro sacerd̄. ad dexteraz eiusd̄ ceroferarij stet portitor aq̄ primitor sacerd̄. ℰ vltio loco retro oēs a parte occid̄. stet portitor hastē cum cereo. Et ex parte ignis australi stet thuribularius ad accipiendū ignem in thuribulari post bñdictionē. Oibus istis ministris ad sacerdotem cōuersis interi chorꝫ circumstāte bz ex parte boriali Sequatur benedictio ignis solenniter a sacerdote ita dicente. **Dñs vobiscū.** et **Oziem⁹.** or

DOmine deus noster pater oms/lumen indeficiens cōditor oīz luminū exaudi nos famulos tuos: et bene ✝ dic hunc ignē q tua sctificatiōe ℰ bñdictione sic erat tu illuminās oēz hoīem venientē in hunc mūdū: illumia cōscientias cordis nostri igne tue caritas

tis: vt tuo igne igniti / tuo lumie illuminati / expulsis a coꝛdib⁹ nostris pctõꝝ tenebꝛis ad vitã te illustrãte puenire mereamur eternã: et sicut illumiasti ignẽ moysi famulo tuo per colũnã ignis amdulãtẽ in mari rubꝛo: ita illustra nostrũ lumen / et cãdela que de eo fuerit accẽsa ĩ honoꝛe maiestatis tue sẽp perseueret bñdicta: ℰ qui cũqꝫ lumen er eo poꝛtauerit / sit illuminatus luie gr̃e spũalis. ℘er.

Et oẽs oõnes dñr cum Ꝺemus sub tono lcõnis Ꝺic aspgat aquã benedictã sup̃ ignem. deinde dicatur Ꝺñs vobiscũ. Ꝺemus. Ꝺꝫ

ꝺOmine sancte pater omꝑs eterne deus: bene ✠ dicere et sctĩ ✠ ficare digneris istũ ignẽ quẽ nos indigni p̃ inuocationẽ vnigeniti filij tui dñi nr̃i iesu xp̃i benedicere ✠ dicere p̃sumim⁹: tu clemẽtissime pater eũ tua bñ ✠ dictiõe sctifica: et ad p̃fectũ hũani gñis peruenire cõcedas. ℘er eũdẽ. Ꝺꝫ

ꝺEsti lumine q̃s dñe semper hic et vbiqꝫ nos p̃uent vt mysteriũ cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu et digno p̃cipiamus effectu ℘er ũ. Sequat bñdictio thimiamatis siue incensi hoc modo. ✠.

ℰXoꝛciso te imũdissime spiritus et oñe fantasma inimici in noĩe dei patris oipotẽtis / et in noĩe iesu xp̃i filij ei⁹: et in virtute spũsãcti: vt ereas ℰ recedas ab hac creatura thimiamatis siue incensi cũ oi fallacia atqꝫ nequicia tua: vt sit hec creatura sctĩ ✠ ficata in noĩe eiusdem dñi nostri iesu xp̃i / vt oẽs gestantes tãgentes siue odoꝛãtes eã virtutẽ et auxiliũ p̃cipiãt sctĩspũs: ita vt vbicũqꝫ hoc incensũ vel thimiama fuerit ibi nullaten⁹ appꝛopinquare audeas / nec aduersa inferre p̃sumas sed quicũqꝫ spũs immunde es cũ oi versutia tua p̃cul ide fugias atqꝫ discedas adiurat⁹ per nomẽ ℰ virtutẽ dei p̃fis oipotẽtis ℰ filij eius dẽ dñi nr̃i iesu xp̃i qui venturus est in spũsancto iudicare viuos ℰ moꝛtuos et te p̃uaricatoꝛẽ ℰ seculum per ignẽ. ℟ Amen. Ꝺꝫ.

ℰTerna ac iustissima pietatẽ tuã depꝛecamur dñe sancte pater oꝑs ẽtne de⁹: vt bñ ✠ dicere ℰ sctĩ ✠ ficare digneris hãc thimiamatis vel incensi speciẽ: vt sit incensũ matestati tue in odoꝛem suauitatis acceptũ: sit a te hec species bñ ✠ dicta: sit per inuocationẽ sctĩ nois tui sãcti ✠ ficata: ita vt vbicũqꝫ fumus ei⁹ puenerit: extricẽt et effugẽt oẽ gen⁹ demoniꝛũ sicut incẽsũ ieꝛosolimis ptisciis quẽ raphael archãgelus thobie famulũ tuũ docuit cũ ascẽdit ad sare liberationem. ℘er xp̃m. Ꝺemus. Ꝺꝫ

ꝺEscẽdat bene ✠ dictio tua dñe sup̃ hanc speciẽ incensi ℰ thimiamatis sicut in illo de quo dauid ꝓpheta tu⁹ cecinit dicẽs Dirigat oꝛo mea sicut incensũ in cõspectu tuo: sit nobis odoꝛ ꝙsolationis suauitatis ℰ gratie: vt fumo isto effugẽt oẽ fantasma inimicimentis ℰ coꝛpoꝛis: vt simus pauli spi voce bon⁹ odoꝛ deo: effugiat a facie incẽsi hui⁹ siue thimiamatis oĩs demoniũ incursus sicut pulueris a facie venti: ℰ sicut fumus a facie ignis: ℰ p̃ta hoc ptissime p̃ boni odoꝛis incensũ ad opus ecclie tue ob causã religionis iugit permanere: vt mistica nobis significatione spũaliũ virtutũ fragrãs odoꝛ ostendat suauitatẽ: tua ergo q̃s oꝑs de⁹ immensa maiestatis tue

dertera hanc creaturā būꝫ dicere
er diuersarū rerū cōmixtione con
fectā dignare: vt in virtute sancti
nois tui oēs imūdoꝝ spirituū fan
tasticos incursus effugare: oēsq;
morbos reddita sanitate expelle=
re: vbicūq; fumꝰ aromatū eius af=
flauerit mirabiliter possit atq; in
odore fragantissimo tibi ppetua
suauitate redolere. Per dñm nr̄z.
Postea accendat solꝰ cereus super
hastā de nouo igne ceteris lumina
ribus eccle pus extinctis. Post be
nedictionē incensi ipleat thuribu
lū de carbonibꝰ cū incenso & incen
let nouꝰ ignis. Deinde redeat pro
cessio more solito in chorꝝ. In re=
deūdo aūt duo clerici de scōa for=
ma in suppelliciis canāt Innētor
tutili. Chorꝰ idē repetat pꝰ vnūq;
q; vsū. Deinde sequat benedi
ctio cerei paschalis ab ipso dyaco
no iduto ad processionē ad borea=
lē conuerso ad gradū presbyterij
ceroferarijs dyacono assistentibꝰ
bno a dextris reliquo a sinistris
ad eū conuersis / cereis extinctis.
subdyaconꝰ vero stet ei oppositus
iuxta quē stet portitor hastē eodē
modo cōuersus post dyaconū stet
thuribularius dyacono cantente.

EXultet iam angelica turba
celorum / exultent diuina my=
steria / et pro tanti regis victoria
tuba intonet salutaris. Gaudeat
se tellus tantis irradiata fulgori
bus / et eterni regis splendore illu
strata / totius orbis se sentiat ami
sisse caliginē. Letet et mater eccle
sia tanti luminis adornata fulgo
ribus: et magnis populoꝝ vocibꝰ
hec aula resultet. Quapropt astā=
tibus vobis fratres carissimi ad
tam mirā sancti huius claritatē vna
mecū queso dei omipotentis mian
uocate. Ut q̄ me non meis meri
tis intra leuitaꝝ numerū aggre=
gare dignatus est luis sui gratia
infundente cerei hui⁹ laudē imple
re perficiat. Per dñm nostrū ihesū
xp̄m filiū tuū: qui tecū viuit et re
gnat deus in vnitate spūsancti.

PEr oia secula seculoꝝ. Amē
D ñs vobisū. Et cū spiritu
tuo. Surſum corda. Habemus ad
dñm. Gratias agamus domino
deo nostro. Dignum et iustum est
Vere quia dignū et iustū est iu=
stibile deū omipotentē patrē filiūq;
eius vnigenitū dñm nr̄m ihesum
xp̄m cuꝫ sancto spū toto cordis ac
mentis affectu & votis ministerio
personare. Qui pro nobis eterno
patri ade debitū soluit & veteris
piaculi cautionē pio cruore deter
sit. Hec sunt enim festa paschalia
in quibus verus ille agnus occidi
tur / cuiusq; sanguine postes conse=
crantur Hec nox est in qua primū
patres nostros filios israel edu=
ctos de egipto rubrum mare sicco
vestigio transire fecisti. Hec igit̄
nox est que peccatorū tenebras co
lūne illuminatiōe purgauit. Hec
nox est que hodie per vniuersum
mundum in xp̄o credentes a vicijs
seculi segregatos et caligine pec=
catorū reddit gr̄e sociat sanctitati
Hec nox est in qua destructis vin
culis mortis xp̄s ab inferis victor
ascendit. Nichil enim nobis nasci
profuit: nisi redimi profuisset. O
mira circa nos tue pietatis digna
tio. O inestimabilis dilectio cari=
tatis: vt seruum redimeres filium
tradidisti. O certe necessarium ade
peccatum et nostrum quod christi
morte deletū est. O felix culpa q̄
talē ac tm̄ meruit habere redēpto
rem. O certe btā nox q̄ sola meruit

scirent xps & horã in qua rps ab inferis resurrexit Hec nox est de qua scriptũ est: et nox vt dies illuminabitur: & nox illuminatio mea i deliciis meis. Hui⁹ igit sctificatio noctis fugat scelera /culpas lauat et reddit innocẽtiã lapsis / & mestis leticiã fugat odia /cõcordiã parat /et curuat imperia In huius igit noctis gra suscipe sancte pater. Hic ponat incensum a dyaco. in cereũ vel in cãdelabrũ in modũ crucis sit & in paruũ cereũ portitore accedẽte incensi huius sacrificiũ vespertinũ. Mõ tibi i hac cerei oblatione solẽni per ministros man⁹ de opib⁹ apũ sacrosctã reddit ecclesia. Sed tã colũne hui⁹ preconia nouimus quã in honorẽ dei rutilãs ignis accẽdit. Hic accẽdat cereus de nouo igne nec extinguat vsq; post xple. dicẽ sequẽtis. Et ardebit cere⁹ paschalis ptinue p ebd̃. pas. ad mat. millã & vbs sit fiat in oct. pas. Dib⁹ dñicis ab oct. pas. vsq; ad ascẽ. dñi. ad mis. tm accẽdatur etiã in fe. s. marci. euãg. apl̃oꝝ philip. & ia. ad mis. tm. in ãnũciat. b. ma. & in tuẽtiõe sctẽ crucis sicut in oct. pas. accẽdat Hic cerofera⁹ cereos suos accẽdãt per ecclias Ut licet diuisus i partes mutuati luminis detrimeta nõ nouit Alit liquãtib⁹ ceris: quas in substãtiã pretiose hui⁹ lãpadis apis mater edurit. O btã nox que expoliauit egyptios: ditauit hebreos. Nox i q̃ terrenis celestia tũgunt O quam⁹ te dñe vt cere⁹ iste in honorẽ nois tui fulgerat⁹ ad noctis hui⁹ caliginẽ destruẽdã indeficiẽs pseueret In odorẽ suauitatis accept⁹ supnis luminarib⁹ misceat. Flãmas ei⁹ lucifer matutin⁹ inueniat Ille in ꝑ lucifer q̃ nescit occasũ. Ille qui egressus ab inferis hũano generi serenus illuxit. Precamur ergo te dñe vt nos famulos tuos oẽm clerum et deuotissimũ pplm vna cũ patre nro papa N. atq; rege nostro N. necnõ & epo nro N. dete ti por cõcessa in his paschalib⁹ gaudijs cõseruare digneris. Qui sec̃ viuis & regnas iperas necnõ glioris solus deus solus altissim⁹ ies xpe cũ sctõ spũ in glia dei patris. Amen. Debet aũt candelabrũ cũ cereo pas. amoueri &c. vi post ascẽ. dñi. Postea leganꝫ lcõnes sine titulis a dignioribus personis ad gradũ chori. Lcõ ꝓma Geneseos. I.

In principio creauit deus cẽlũ et terrã. Terra autẽ erat inanis et vacua: et tenebre erãt sup faciẽ abyssi / et spũs dñi ferebat sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ q̃ esset bona: et diuisit lucẽ a tenebris. Appellauitq; lucẽ diẽ: et tenebras noctẽ. Factũq; est vespe et mane: dies vn⁹ Dixit quoq; deus. Fiat firmamentũ in medio aquarũ: et diuidat aquas ab aquis Et fecit deus firmamentũ: diuisitq; aquas q̃ erant sub firmamẽto/ab his que erãt sup firmamentũ. Et factũ est ita. Vocauitq; deus firmamentũ celũ. Et factũ est vespe et mane: dies scds. Dixit vero deus. Congregentꝫ aque q̃ sub celo sunt in locũ vnũ: et appareat arida. Factũq; est ita. Et vocauit deus aridã terrã: cõgregationesq; aq̃rũ appellauit maria. Et vidit deus q̃ esset bonũ: et ait. Germinet terra herbã virentẽ et facientẽ semen: & lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suũ/cuius semen in semetipso sit sup terã. Et factũ est ita. Et ptulit terra herbã virẽ

tem et afferentē semen iuxta gen⁹ suū:lignūq; faciens fructū et habens vnūquodq; sementē scōm speciē suā. Et vidit deus q; esset bonum:factūq; est vespere et mane/ dies tercius. Dixit aūt deus Fiāt luminaria in firmamento celi:et diuidant diē ac noctem / et sint in signa et tēpora et dies et annos/vt luceāt in firmamēto celi/et illuminent terrā. Et factū est ita. Fecitq; deus duo lumīaria magna. Luminare maius vt pręesset diei : et luminare minus vt pręesset nocti. Et stellas. Et posuit eas i firmamēto celi:vt lucerēt sup terrā et pręesſēt diei ac nocti/et diuiderent lucē ac tenebras. Et vidit deus q; esset bonū:et factū est vespere et mane.dies quart⁹. Dixit etiā deus. Pręducāt aque reptile aie viuētis:et volatile sup terrā/sub firmamento celi. Creauitq; de⁹ cete grandia : et oēm aiam viuētem atq; motabilem quā pręduxerant aque in species suas/et oēm volatile scōm genus suum. Et vidit deus q; esset bonū:benedixitq; eis dicēs. Crescite et multiplicamini. et replete aq̄s maris:auesq; multiplicent sup terrā. Et factum est vespere et mane:dies quint⁹. Dixit quoq; de⁹. Pręducat terra anima viuentē in genere suo:iumēta et reptilia et bestias terre secūdū species suas. Factūq; est ita Et fecit de⁹ bestias terre iuxta species suas:et iumēta et oēm reptile terre in genere suo. Et vidit deus q; esset bonū:et ait. Faciam⁹ hoiem ad ymaginē et similitudinē nr̄am: et pręsit piscibus maris et volatilib⁹ celi/et bestijs vniuersęq; terre/oiq; reptili q̄ mouet in terra Et creauit deus hoiem ad ymaginem et similitudinē suā:ad ymaginē dei creauit illū/masculū et feminā creauit eos. Benedixitq; illis deus:et ait. Crescite et multiplicamini/et replete terrā et subijcite eā:et dñamini piscibus maris et volatilib⁹ celi/et vniuersis animātibus q̄ mouent sup terrā. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis oēm herbā afferentē semē super terrā : et vniuersa ligna que habēt in semetipsis sementē generis sui / vt sint vobis in escā et cūctis animātibus terre/oiq; volucri celi. et vniuersis que mouent in terra.et in quibus est aia viuens/vt habeāt ad vescendū. Et factū est ita. Viditq; deus cūcta q̄ fecerat:et erant valde bona. Et factū est vespere et mane:dies sextus Igit̄ perfecti sūt celi et terra:et ois ornatus eor̄ Cōpleuitq; de⁹ die septimo opus suū quod fecerat : et requieuit die septimo ab vniuerso ope suo:q̄ patrarat. Dēs oēones sine Dūs vobiscū. et sine Flectamus. dicūtur: sed tantū cum Oremus. Or̄.

DEus qui mirabiliter creasti hoiem et mirabilius redemisti:da nobis q̄s cōtra oblectamenta peccati mētis ratione ꝓsistere:vt mēamur ad gaudia eterna puenire.p. Lcō.ij. Exodi.xiiij

HActū est in vigilia matutina:et ecce respiciēs dūs super castra egyptior̄ per colūnam ignis et nubis.interfecit exercitū eor̄/et subuertit rotas curruum. ferebāturq; in pręfūdū. Direruntergo egyptij Fugiam⁹ israelē:dn⁹ enī pugnat pro eis cōtra nos. Et ait dūs ad moysen. Extēde manū tuā sup mare : vt reuertant aque ad egyptios/super currus et equites eor̄. Cūq; extendisset moyses

manū contra mare:reuersū est pri mo diluculo ad priorē locū.Fugi entibusq; egyptijs occurrerūt aq; et inuoluit eos dñs in medijs fluctib9. Reuersiq; sunt aque:et operuerunt curr9 et eqtes cūcti exercitus pharaonis / q; sequētes ingressi fuerant mare/nec vn9qdē superfuit ex eis.Filij aūt isrl' perrexerunt p medium sicci maris:& aq eis erāt q;si p muro a dextris et a sinistris.Liberauitq; dñs i die illa isrl' de manu egyptioz: & viderūt egyptios mortuos sup litt9 maris et manū magnā quā exercuerat dñs cōtra eos. Metuitq; popul9 dñm:& crediderūt dño/& moysi seruo ei9 Tūc cecinit moyses:& filij isrl' carmen hoc dño:et dixerūt. Cāmus tibi dñe. a chorzo altissimi : pter vltimū tractū sic Laudate dñm oēs gen. Tract9

QAutem9 dño/gliose enī honorificat9 est:equū et ascensorē pecit i mare adiutor et protector fact9 est michi i salutē.℣. Hic de9 meus et honorificabo eū:deus patris mei et exaltabo eū.℣. Dñs conterēs bella:dñs nomē illi.Or.

DEus cuius antiqua miracula etiā nostris seculis chorusicare sentim9:dū qd vni ppli a persecutione egyptiaca liberando dextere tue potentiā contulisti:id in salutē gentiū per aquam regenerationis oparis/prta qs:vt et i abrahe filios & in israeliticam dignitatē toti9 mūdi trāseat plenitudo.Per Dñm tercia. Isaie.iiij.

APprehendent septem mulieres virū vnum in die illa:dicētes Panē nostrū comedem9:& vestimētis nris operiemur / tātūmodo inuocet nomen tuū sup nos/aufer opprobriū nostrū .In die illa erit germen dñi i magnificētia & glia: et fructus terre sublimis /exultatio his qui saluati fuerint de isrl' Et erit Dis q relict9 fuerit i syon/ et residuus in hierusalē.Sanctus vocabitur:omis qui scriptus est in vita i hierusalē.Si abluerit dñs sordes filiaz syon:et sanguinem hierusalem lauerit de medio eius/in spū iudicij et spū ardoris.Et creauit dñs super omnē locū mōtis syon et vbi inuocatus est nubes per diem : et fumum et splēdorē ignis flāmantis in nocte. Super omnē enī gloriā protectio & tabernaculū erit i vmbraculū diei ab estu:et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia. Tractus.

VInea facta est dilecto in cornu in loco vberi.℣. Et maceriā circundedit:& circumfodit et plantauit vineā soreph/& edificauit turrī in medio eius.℣. Et torcular fodit in ea:vinea enī dñi sabaoth dom9 isrl' est. Oremus.Dē.

DEus qui nos ab celebrandū paschale sacramentū vtriusq; testamenti paginis imbuisti: da nobis intelligere misericordias tuas:vt ex perceptione presentium munerum/firma sit expectatio futurorum. Per dominum.

Lectio.iiij.Deuteronomij.

SCripsit moyses canticū:et docuit filios israel. Precepitq; dñs iosue filio num:& ait. Confortare & esto robustus : tu enim introduces filios isrl' in terram quā pollicitus sū patribus eorum / et ego ero tecū. Postq; ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atq; compleuit:precepit leuitis qui portabant archā federis dñi dicens.Tollite librū istum:et ponite illū in latere arche federis dñi dei nostri / vt sit contra te in

testimoniū. Ego enī scio ꝓtentio
nem tuā:et ceruicē tuā durissimā
Adhuc viuēte me ꝫ ingrediēte vo
biscū:sēp cōtentiose egistis cōtra
dñm/ꝙtomagis cū moꝛtuꝰ fuero
Congregate ad me oēs maioꝛes
natu per tribꝰ vrās atq; doctoꝛes:
et loquar audiētibꝰ eis sermones
istos/ꝫ inuocabo cōtra eos celū ꝫ
terrā. Noui enī q; post moꝛtē meā
inique agetis: et declinabitis ci-
to de via quā pꝛecepi vobis Et oc
currēt vobis mala in extremo tē-
poꝛe:qñ feceritis malū in ꝛspectu
dñi/vt irritetis eum per opa ma-
nuū vrārū Locutus est ergo moy
ses:audiente vniuerso cetu filioꝝ
israel verba carminis huius: et
ad finem vsq; cōpleuit. Tractus.

ATtende celū et loquar:ꝫ au
diat terra ℣ba ex oꝛe meo ℣
Expectetur sicut pluuia eloquiū
meū ꝫ descēdāt sicut ros ℣ba mea
sicut ymber sup ḡmia. ℣ Et sicut
nix sup fenū:qꝛ nomen dñi īuoca
bo. ℣ Date magnitudinē deo nꝛo
deus verax opa eiꝰ ꝫ oēs vie eiꝰ iu
dicia. ℣ Deꝰ fidelis i quo nō est iniq
tas iustꝰ ꝫ sāctus dñs. Sequat or

DEus qui ecclesiā tuā sēper
gentiū vocatione multipli
cas: concede pꝛopicius: vt quos
aqua baptismatis abluis / contī-
nua ꝓtectione tueaꝛis. Per dñm.
Hāc oꝛonē nō sequat icō / sed ty.

SIcut ceruꝰ desiderat ad fon-
tes aquarū:ita desiderat aīa
mea ad te deꝰ. ℣. Sitiuit aīa mea
ad deū viuū quando veniā et ap-
parebo ante faciem dei met. ℣.
Fuerunt michi lachꝛime mee pa-
nes die ac nocte:dū dicitur michi
per singulos dies vbi est deus tuꝰ
Deinde sequant due oꝛones sub
vno Per dñm. et sub vno Oꝛeꝰ, oꝙ.

OCcede q̄s omꝑs deus: vt
qui festa paschalia agimus
celestibus desideriꝭ accensi fon-
tem vite sitiamus dominum no-
strum iesum chꝛistū filium tuum.

OMꝑs sēpiterne deus respi-
ce ꝓpicius ad deuotionē po
puli renascētis q̄ sicut ceruꝰ aqua
rū erpetit fontē:et cōcede ꝓpicius
vt fidei ipsiꝰ sitis baptismatis mi
sterio aīam coꝛpusq; sctificet. Per

Deinde sequat septiformis leta-
nia q̄ in medio choꝛi a septē pue-
ris in suppellicijs dr: et interim
exuat sacerd̄.casulā et sumat cap-
pā sericā rubcā adhuc stans ante
altare donec pcantet letania. &c.
vt in pc.ꝛtinet. Finita letania scz
Ker sc̄ōꝝ. incipiat missa solēni-
ter a cātoꝛe sine reg.cho. sic Kyrie
eleyson. et dr cātꝰ de Lux ꝫ oꝛigo
absq; ℣ ꝫ interi sacerd̄. assūpta ca
sula ad alta.dicat Cōfiteoꝛ. Mi-
sereat. et Absolutionē. cū pcibꝰ ꝫ
oꝛone Aufer a no. moꝛe solito:tñ
hic nō det osculū pacis Deide thu
rificet altare: et postea incipiat:



GLoꝛia in excelsis de o.
Tunc omnes genuflectent exuen
tes cappas nigras:et tūc pulsent
oēs cāpane in classicum. Sequat
Dñs vobiscum. et Oꝛemus. Oꝙ.

DEus qui hanc sacratissimā
noctē glia dñice resurrecti-
onis illustras:cōserua in nova fa
milie tue ꝓgenie adoptionis spi-
ritū quē dedisti:vt coꝛpoꝛe ꝫ men
te renouati / purā tibi exhibeant
seruitutē. Per eūdē. in vni.ciusd̄.
Sequēs epystola legatur in pul-
pito. Pauli. Ad coloscenses. iij. ca.

FRatres: Si cõsurrexistis cũ xpo q̃ sursũ sunt q̃rite: vbi xps est in dextera dei sedens. Que sursũ sunt sapite: non q̃ sup terrã Mortui enim estis: & vita vra absco dita est cũ xpo in deo. Cũ enim xps apparuerit vita vra: tunc et vos apparebitis cũ ipso: in glia. Lecta epla duo clerici de scda forma in cappis sericis in pulpito cãtent hoc Allã. chor⁹. idẽ. plequ. et clerici v. Confitemini dño qm̃ bon⁹ qm̃ in scm mia ei⁹. chorus finiat cũ neuma. Inter clerici reicipiãt Allã sine neuma. Deide sequat ty q̃ a duob⁹ de scda forma in cappis nigris ad gradũ chori totus & integer cantetur choro interi sedente. Tract⁹.

LAudate dñm oes gentes: et collaudate eũ oes ppli. v⁹. Qm̃ confirmata est sup nos mia ei⁹ et veritas dñi manet in eternum. Interi vero pcedat dyacenus cũ subdõ. per medium chori more solito sũ cruce ad legendũ euãge. quẽ precedãt duo cerofera rij cereis extinctis. & legatur in pulpito more dominicali. Scõz matheũ. xxviij.

VEspere aũt sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene & altera maria/ videre sepulchrũ. Et ecce terremot⁹ fact⁹ est magn⁹: angel⁹ aũt dñi descendit de celo Et accedẽs. reuoluit lapidẽ: et sedebat sup eũ. Erat aũt aspect⁹ eius sicut fulgur: et vestimenta ei⁹ sicut nix. Pre timore aũt eius/ exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens aũt angelus: dixit mulieribus Nolite timere vos. Scio enim/ q̃ ihesũ q̃ crucifix⁹ est: q̃rit⁹. Nõ est hic. Surrexit enim: sicut dixit. Venite. & videte locum: vbi posit⁹ erat dñs. Et cito euntes/ dicite discipli eius, quia surrexit: & ecce pcedet vos in galileã Ibi eũ videbitis: ecce predixi vobis. Nõ dr Credo. sed post euãge. dicitur Dñs vobiscũ. et Oremus

SNon dicitur Offa Secreta.

SUscipe q̃s dñe pces ppli tui cũ oblationib⁹ hostiaꝝ: vt paschalibus initiate misteriis: ad eternitatis nobis medelã te operãte pficiãt. p d. pla. Et te quidẽ oi tpe: & in hac potissimũ nocte. et Cõicantes et noctẽ sacratissimã. et Communicãtes igit. Hec platio dr per totã ebd. pasche: & in oib⁹ dñicis vsq; ad ascensionẽ dñi qñ de resurrectiõe agit. Cõmunicãtes vero & Hãc igitur per ebd. et in octa. pasche tm̃ dic. Hac die dr Sanct⁹ solẽniter: sacerd vero dicente Par dñi sit semp vo. et choro respõdente. Et cũ spiritu tuo. non dicit Agnus dei. nec pax dr: sed fctõ intersallo incipiant vespere festiue sine regie chori: sũ cãpanarũ pulsatione. Et sine Deo dicm. a quodã de superiori gradu extra chori sic Allã. p. Laud dñm oes gentes. v. Qm̃ cõfirmata. v. Gla pri. v Sicut erat. tota dr ã. Allã allã alla al. qua dicta statim incipiat ã. suu Magn. ab excellẽtiore post eũ qui celebrauerit: sz nõ pcãtet a choro ãte pi itonationẽ. nõ thurificetur altare neq; chor⁹. ã. Vespere aũt sabbati q̃ lucescit in pma sabbati: venit maria magdalene & altera maria videre sepulchrũ allã. p. Magn. repetita ãn. dicat sacerd. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratiõ

SPiritũ nobis dñe tue caritatis infũde: vt quos sacramẽtis paschalibz satiasti tua facias pietate cõcordes. Per dñm. In vnitate eiusdem. Et sic missa et vespere simul finiantur dicente dyacono. Ite missa est. Crucz nota dr alleluia

¶In die pasche.Ad missã.Dñm



Esurrexi et adhuc tecũ sũ allã. posuisti super me manum tuã allã mirabilis facta ẽ scientia tua allã ak. ps.Dñe probasti me et cognouisti me:tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã.Gloria. Oy

DEus q hodierna die p vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti vota nra q̃ preuenĩdo aspiras etiã adiuuãdo pleqre.p e. Ad cori.i.v

HFratres:Expurgate vetus fermentũ:vt sitis noua cõspsio sicut estis azimi.Etenim pascha nrm:imolatus est xps. Itaq epulemur.Non in fermẽto veteri neq i fermẽto malicie ⁊ nequicie: sed in azimis sinceritatis et veritatis.Gy Hec dies quã fecit dñs exultemus ⁊ letemur i ea. v.Cõfitemini dño qm bon9:qm in sclm misericordia eius.Allã. v.Pascha nostrũ imolatus est christus.Sequctia.

HVlgens pclara rutilat per orbẽ hodie dies in qua xpi lucida narrant ouãter prelia.De hoste superbo quã iesus triũphauit pulchre castra illi9 perimẽs tetercrima.Infelix culpa eue qua caruimus oẽs vita.Felix proles marie qua epulamur modo vna.Benedicta sit celsa regina illa.Generãs regẽ spoliantẽ tartara.Pollentẽ iam in ethera.Rex in eternum suscipe benign9 preconia nra sedule tibi cauentia.Patris sedens ad derterã.Victor vbiq morte superata atq triũphata polor posside dẽs gaudia.O alma o celsa o pulchra clemẽtia xpi lucifua s alma Laus tibi honor9 ac virtus qui nostrã antiquã leuiasti sarcinam Roseo cruore agni benignissimi empta floryda micat hec aula.Potenti virtute nra qui lauit sacinora tribuens dona fulgida.Stupẽs valde in memet iam miror hodierna.Tanta indignis pandere nobis sacramenta.Stirpe dauitica ortus de tribu iudaleo potẽs surrexisti in glia agnus vilus es in terra.Fundens olim arua regna petis supera iustis reddens pmia in secula dignãter ouãtia.Dic impie zabule quid valet nunc fraus tua.Igneis nerus lorys a xpi victoria.Trib9 /Imgue admiramini qs audiuit talia miracula.Ut morys mortẽ sic superaret rei perciperent talẽ gratiã.Judea incredula cur manes adhuc inuerecunda.Perspice rpicolas qualiter leti canũt inclita.Redemptori carmina. Ergo pie rex xpe nobis dans premia.Solue neror vincula.Electorũ agmina.Fac tecũ resurgere ad beatam gloriã.Digna rependens merita.Paracliti sancti ⁊solatio nẽ piã Expectamus scõm pmissionẽ tuã.Peracta ascensionis sacra solẽnia.Qua es tegress9 ad celos nube tectus clara.Pollens laude eterna.Secundum marcum.rvi.

INillo tpe:Maria magdalene et maria iacobi et salome emerũt aromatha:vt venientes vngerent iesũ.Et valde mane vna sabatorũ veniunt ad monumentũ:orto iam sole.Et dicebãt adinuicẽ.Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Et respicientes:viderũt reuolutũ lapidẽ.Erat quippe:magnus

valde. Et introeũtes i monumentũ: viderũt iuuenẽ ſedẽtẽ i dextris cooptũ ſtola cãdida et obſtupuerũt. Qui dixit illis. Nolite expaueſcere. Jeſũ q̃ritis nazarenũ crucifixũ: ſurrexit/nõ eſt hic. Ecce locus: vbi poſuerũt eũ. Sed ite dicite diſcipulis eius et petro: q̃ precedet vos i galileã. Ibi eũ videbitis: ſicut dixit vob̃. ℟. redo. Offꝛ. Terra tremuit et q̃euit dũ reſurgeret in iudicio de⁹ allã. Secreta

SUſcipe dñe q̃s preces populi tui cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: vt paſchalibus tuitiate myſteriis: ad eternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per dñm. Prefatio. Et te quidẽ. Infra canonẽ. Cõmunicãtes. et Hanc igitur. Cõio. Paſcha noſtrũ immolatus eſt chriſtus allã: itaq̃ epulemur in azimis ſinceritatis et veritatis alleluya allã allã. Poſtcõio

SPiritũ nobis dñe tue caritatis infũde/vt quos ſacramẽtis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate cõcordes. Per. eiuſdẽ.

℣ Feria ſecũda. Ad miſſã. Offm.

INtrodurit vos dñs i terrã fluẽtẽ lac & mel allã: et vt lex dñi ſẽper ſit i ore vro allã allã. ℣. Cõfitemini dño q̃m bon⁹: q̃m in ſeculũ miſericordia eius. oro.

DEus q̃ ſolennitate paſchali mũdo remedia reſtituiſti: populũ tuũ q̃s dñe celeſti dono proſequere: vt & plectã libertatẽ conſequi mereatur: et ad vitã proficiat ſempiternam. Per dñm noſtrum.

Lectio actuum apoſtolorum. r.c.

IN diebus illis: Stans petr⁹ in medio plebis: dixit. Viri fratres: vos ſcitis quod factũ eſt verbũ per vniuerſam iudeã. Incipiens enĩ a galilea poſt baptiſmũ q̃ prdicauit iohãnes ieſũ a nazareth: quomodo vnxit eũ de⁹ ſpũ ſcto & virtute. Qui pertrãſiuit bñ faciẽdo & ſanãdo oẽs oppreſſos a diabolo: q̃m deus erat cũ illo. Et nos teſtes ſum⁹ omniũ q̃ fecit in regiõe iudeoꝝ & hieruſalẽ: quẽ occiderũt ſuſpẽdẽtes in ligno. Hũc deus ſuſcitauit tercia die: & dedit eũ manifeſtũ fieri nõ oĩ populo ſed teſtib⁹ preordinatis a deo nobis qui manducauimus & bibim⁹ cũ illo poſtq̃ ſurrexit a mortuis. Et precepit nobis prdicare populo & teſtificari: q̃ ipſe ẽ q̃ conſtitut⁹ eſt a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic oĩs prophete teſtimonium perhibent remiſſionẽ peccatoꝝ accipere per nomẽ eius: oẽs qui credũt in eũ. ℟. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ & letemur i ea. ℣. Dicat nũc iſrael q̃m bon⁹: q̃m i ſeculũ miſericordia ei⁹. Allã. ℣. Nõne cor noſtrũ ardẽs erat i nobis dũ loq̃retur nobis i via. ſequẽtia ℣ Ima vetus exp̃rgeſ vt ſincere celebretur noua reſurrectio. Hec eſt dies noſtre ſpei huius mira vis diei lex teſtimonio Hec egyptũ ſpoliauit & hebreos liberauit de fornace ferrea. His i arto conſtitutis op⁹ erat ſeruitutis lutũ later paleas. Jã diuine laus virtutis iã triũphi iã ſalutis vox erũpat libera. Hec eſt dies quã fecit dñs dies nri doloris termin⁹ dies ſalutifera. Lex eſt vmbra futuroꝝ chriſt⁹ finis pmiſſoꝝ qui cõſumat oia. Chriſti ſanguis ignẽ hebetauit rumpheã: amota cuſtodia. Puer noſtri forma riſus pro quo verũcr eſt occiſus vite ſignat gaudium. Joſeph exit de ciſterna ieſus redit ad ſupna poſt mortis

ſupplicium. Hic draconis pha-
raonis draco vocat a draconis
immunis malicia. Quos ignitus
vulnerat hos ſerpēt liberat enei
preſentia. Anguē fozat i maxilla
rps hamus ⁊ armilla i cauerna re
gulꝰ. Manū mittit ablactatus et
ſic fugit erturbatꝰ vetus hoſpes
ſeculi. Irriſozes heliſei dñ cōſcen
dit domū dei zelum calui ſentiūt
Dauid arreptiti hyrcus emiſſa-
rius et paſſer effugiūt. In maxil-
la mille ſternit ⁊ de tribu ſua ſy-
mit ſanſon matrimoniū. Sanſon
gaze ſeras pandit ⁊ aſportās por
tas ſcandit montis ſupercilium.
Sic de iuda leo fortis fractis por
tis dire mortꝭ die reſurgēs tercia
Rugiente voce patris ad ſupne
ſignum matris tot reuerit ſpolia
Cetus ionā fugitiuū veri ione ſi
gnatiuū poſt tres dies reddit vi-
uū de vētris angustia. Botrus cy
pri refloreſcit ſynagoge flos mar
teſcit ⁊ floret eccliа. Mors et vita
ſſixere reſurrexit rps bez cū rpo
ſurrexere multi teſtes glie Mane
nouū mane letū veſptinū tgat le
tū qz vita vicit letū tps eſt leticie
Jeſu victor ieſu vita ieſu vite via
trita cuiꝰ morte mors ſopita ad
paſchalē nos inuicta menſā cū fi-
ducia. Huic panis viuax vnda ve
ra vitis ⁊ fecūda tu nos paſce tu
nos munda vt a morte nos ſcōa
tua ſaluet gꝛa. Scōm lucā. xxiiij.

In illo tpe: Ereūtes duo ex
diſcipulis ieſu: ibāt ipſa die
caſtellū qđ erat i ſpacio ſtadioꝝ
ſexaginta ab hyrlm / noie emaus
Et ipſi loquebant adinuicem: de
his oībꝰ que acciderant. Et factū
eſt dū fabularent ⁊ ſecū quererēt
et ipſe ieſus appropinquans ibat
cū illis. Oculi aūt illoꝝ tenebau-
tur: ne eū agnoſcerent. Et ait ad
illos: Qui ſūt hi ſermones / quos
cōfertis adinuicē ambulantes et
eſtis triſtes? Et reſpondēs vnus
cui nomen cleophas: dixit ei. Tu
ſolus peregrinꝰ es in hyrlm: ⁊ nō
cognouiſti que fcta ſūt in illa bis
diebꝰ? Quibus ille dixit. Que? Et
dixerūt. De ieſu nazareno q̄ fuit
vir pphēta: potens in ope ⁊ ſer-
mone coꝝ deo et oi ppło. Et quō
tradiderūt eū ſūmi ſacerdotes et
principes noſtri in damnationē
mortis: et crucifixerūt eū. Nos au
tē ſperabamus: q̄ ipſe eſſet redē-
ptturus iſrl. Et nunc ſup hec oīa:
tercia dies eſt hodie q̄ hec fcta ſūt
Sed ⁊ mulieres q̄dā ex nrīs terru
erūt nos: q̄ āte lucē fuerūt ad mo
numētū. Et nō inuēto corpore eiꝰ:
venerūt dicētes ſe etiā viſionē an
gelorꝝ vidiſſe q̄ dicūt eū viuere. Et
abierūt q̄dā ex nrīs ad monumētū:
et ita inuenerūt ſicut mulieres di-
xerūt / ipſū vero nō inuenerūt. Et
ipſe dixit ad eos. O ſtulti ⁊ tardi
corde ad credēdū: in oībꝰ q̄ locuti
ſūt prophete. Nōne hec oportuit
pati xp̄m: et ita intrare in gloriā
ſuā? Et incipiens a moyſe ⁊ oībꝰ
prophetis: interpretabat illis in
oībus ſcripturis q̄ de ipo erāt. Et
appropinquauerunt caſtello quo
ibāt: et ipe ſe finxit lōgius ire. Et
coegerūt illū dicentes. Mane no
biſcū q̄m adueſpaſcit: ⁊ inclinata
eſt iā dies. Et intrauit cū eis. Et fa
ctū eſt dū recūberet cū illis acce-
pit panē ⁊ bñdixit: ac fregit ⁊ por
rigebat illis. Et ſtatim aperti ſunt
oculi eoꝝ: ⁊ cognouerūt eū. Et ipe
euanuit: ex oculis eoꝝ. Et dixerūt
adinuicē Nōne cor nrm ardēs erat
in nobis de ieſu / dū loq̄reť nobis
in via / ⁊ aperiret nobꝭ ſcripturas?

Et ſurgẽtes eadem hora regreſſi ſũt hieruſalẽ: & inuenerũt congregatos vndeci/& eos q̃ cũ ipſis erant dicẽtes q̃ ſurrexit dñs vere et apparuit ſymoni. Et ipſi narrabãt q̃ geſta erãt in via: et quomodo cognouerũt eum: in fractiõe panis ℣ redo. Offr. Angelus dñi deſcẽdit de celo & dixit mulieribꝰ. quẽ q̃ritis: ſurrexit ſicut dixit allã. ſeq̃

Paſchales hoſtias imolãtes q̃s dñe/vt qđ frequẽtamus actu: cõprehendamus effectu per reſurgentẽ a mortuis dñm noſtrũ ieſũ chriſtũ filiũ tuũ. Qui tecum. Cõio. Surrexit dominus & apparuit petro alleluya. Poſtcõio.

Impleatur in nobis dñe q̃s ſacramenti paſchalis ſcta oblatio: nosq̃ de terrenis affectibus ad celeſte trãſferat inſtitutũ. Per dñm. ℣ Feria tercia. Offm.

Qua ſapiẽtie potabit eos allã. firmabitur in illis & non flectet allã et exaltabit eos i eternum allã allã. ℣s. Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Or.

Deus q̃ eccleſiã tuã nouo ſẽpetu multiplicas: cõcede famulis tuis: vt ſacramẽtũ viuendo teneant/quod fide perceperũt. p.

Lectio actuũ apoſtolorum. xiii.c.

In dieb⁹ illis. Surgẽs paul⁹ & manu ſilẽtiũ indicẽs ait. Viri fratres filij generis abrahã & q̃ in vobis timẽt deũ: vobis verbũ ſalutis hui⁹ miſſũ eſt. Qui enim habitabãt hieruſalẽ: & principes eius ignorãtes ieſũ & voces pphetarũ q̃ per oñe ſabbatũ legũtur iudicantes impleuerũt. Et nullã cauſã mortis inuenientes in eo: petierũt a pylato vt interficerẽt eũ. Cũq̃ conſumaſſent oĩa q̃ de eo ſcripta erãt: deponẽtes eũ de ligno / poſuerũt in monumẽto. Deꝰ vero ſuſcitauit eũ a mortuis tercia die: q̃ vidꝰ ẽ p dies multos his q̃ ſimul aſcẽderãt cum eo de galilea in hieruſalẽ/quibus nũc ſũt teſtes eiꝰ ad plebẽ. Et nos vobis ãnũciamꝰ eã q̃ ad pres noſtros repromiſſio facta eſt: quã hãc deꝰ impleuit filijs vris. Reſuſcitans ieſũ rpm dñm noſtrũ. ℣. Hec dies quã fecit dñs exultemus & letemur in ea. ℟. Dicãt nũc qui redempti ſũt a dño quos redemit de manu inimici: de regionibꝰ cõgregauit eos. Allã. ℣. Surgẽs ieſꝰ dñs noſter ſtetit in medio diſcipulorũ ſuorum & dixit pax vobis. Sequẽtia

Rome caſta cõtio cãtica organa ſubnectẽs hypodorica. Regi clauſtra deo tartarea rũpenti decanta nunc ſymphonia. Morte qui victa reſurgens gaudia mũdo geſta rolenda. Ac inſolita morãtes perdita cocchiti cõnia. Aſpectãt lumina intrãte illo vita beata. Terrore percuſſa tremiſcit demonũ plebs valida. Dãt ſuſpiria. Fletuum alta. Rep agula quis ſic andax fregerit miramur tũc fortia. Sic ad ſupera. Redit cũ turma. Glioſa: & timidare fouet diſcipulorũ corda. Preceſſa huius trophea admirãtes flagitemus nũc voce declina. Virginum inter agmina mereamur preciosa colere vt paſcha. Galilea inq̃ ſacrata preſulgida cõtueri lucis ecordia. Secundum lucam. xxiiii.c.

In illo tẽpore: Stetit ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ: et dixit eis. Pax vobis. Ego ſum: nolite timere. Cõturbati vero et cõterriti: eſtimabãt ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbas

tiestis: et cogitatiões ascendunt in cozda vestra. Videte manꝰ meas et pedes meos: qz ego ipse sum. Palpate et videte: qz spūs carnē et ossa non habet/sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis manus et pedes. Adhuc aūt illis nō credentibus: et mirantibꝰ pze gaudio/dixit. Habetis hic aliquid qđ manducem? At illi obtulerunt ei partē piscis assi: et fauum mellis. Et cū māducasset coza eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sūt verba q̄ locutꝰ sum ad vos: cū adhuc essem vobiscū Qm̄ necesse est impleri oia: q̄ scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tūc aperuit illis sensū: vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis. Qm̄ sic scriptuz est: et sic oportebat pati christū et resurgere a mortuis die tercia. Et pdicare in noīe eiꝰ penitētiā et remissionē pctōꝝ: in oēs gētes. ℣. Credo. ℟. Intonuit de celo dñs et altissimꝰ dedit vocem suā et apparuerūt fōtes aquaꝝ allā. Secreta.

Suscipe dñe pces ecclie tue redēptionis sue gīa exultātis vt presentiū munerū fide et tue resurrectionis credulitate pascatur Qui viuis. Cō. Si cōsurrexistis cū xpo q̄ sursum sūt q̄rite allā vbi christus est in dextera dei sedēs q̄ sursū sunt sapite allā. Postcōio.

Sanctificēt nos dñe cēs sūpta misteria: et paschalis observantie sufficiētem nobis tribuat facultatē. Per. ℣. Feria.tuij. ofiñ

Venite bñdicti patris mei/percipite regnuz allā: qđ vobis paratū est ab origine mundi allā al.al. ℣. Cantate dño cāticū nouū: qz mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectiōis dñice annua solēnitate letificas: cede ppicius/vt per tēporalia festa q̄ agim⁹: peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eūdem. Lectio actuū apostolorꝝ. iiij.

In dieb⁹ illis: Aperiēs petrꝰ os suū dixit. Viri israelite: et qui timetis deū audite. Deus abzahā et deus ysaac et deus iacob: deus patrū nostrorꝝ glorificauit filium suū iesū quē vos quidē tradidistis et negastis ante faciē pylati/iudicāte illo dimitti. Vos autem sanctū et iustū negastis: et petistis virū homicidam donari vobis. Auctorē vero vite interfecistis quē deꝰ suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio qz per ignorantiā fecistis: sicut et pncipes vri. Deꝰ autem qui pnūciauit pos oim pphetaꝝ pati xpm suū: ipleuit sic. Penitemini igit et conuertimini: vt deleātur pctā vra. ℣. Hec dies quā fecit dñs exultem⁹ et letemur i ea. ℟. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me. Allā. ℣. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait. auete/tūc accesserūt et tenuerūt pedes eiꝰ. Sequētia.

Qonciuat orbis cūctꝰ allā Uotis voce solēnia. Celebrād⁹ paschalia. Insōtū tenera gaudeat turma sacro fōte niuea Spūs flegetōtis vndas. Nos quoq; lapsas aptemus fibras arte musica. Uoce sonora modificantes prosis neumata. Uoce satis tinula Xps nāq; mitis hostia Factꝰ nra ob remedia. Crucis ptulit pbra. Et iugis vita manēs subiit letalia. Felis amara pallus pōlibare pocula. Uulnera satis tolerauit dira trāsfixus clauis et lancea. Sic patien

le

dō mala gerens noſtra deſcendit
ad yma tartara Hoſtis antiq quo
defringens arma reuehit potens
ampla ouanda trophea. Sicq de
uicta morte ac reſumpta carne re-
ſurgit victor die in tercia. Unde
iam iocūdas ipſi canamus odas
Per quē nobis vita plauſit eter-
na et celi clara nobis pateſcit au-
la cui ſit laus ꝑclara. S. ioh. xxi.

IN illo tpe: Manifeſtauit ſe
iterū ieſꝰ diſcipulis ſuis ad
mare tiberiadis: maifeſtauit aūt
ſic. Erant aūt ſimul ſymon petrꝰ
et thomas qui dicit didimꝰ: et na
thanael qui erat a chana galilee
et filij zebedei/et alij ex diſcipulis
eius duo. Dixit eis ſymon petrus
Vado piſcari. Dicūt ei. Uenimus
et nos tecū. Et exierūt et aſcende
rūt in nauī: & illa nocte nichil ꝓ-
dideruūt. Mane autē facto: ſtetit
ieſus in littore/nō tamen cogno-
uerūt diſcipuli q; ieſus eſt. Dixit
ergo eis ieſus. Pueri: nunq̄d pul-
mētariū habetis? Reſponderunt
ei. Non Dixit eis. Mittite i dexte
ram nauigij rethe: et inuenietis
Miſerūt ergo rethe: et iā nō va-
lebāt illō trahere ꝓe multitudie
piſciū. Dixit ergo diſcipulus ille:
quem diligebat ieſus petro. Dūs
eſt/ſymon petrus cum audiſſet q;
dūs eſt: tunica ſuccinxit ſe (erat
enim nudus) et miſit ſe in mare.
Alij autē diſcipuli: nauigio vene
rūt. Non enī longe erant a terra:
ſed quaſi cubitis ducentis trahē
tes rethe piſciū. Ut ergo deſcēde
runt in terrā: viderūt ꝓnunas po
ſitas et piſcē ſuppoſitū et panem
Dixit eis ieſus Afferte de piſcib⁹:
q̄s ꝓdidiſtis nūc. Aſcēdit ſymō
petrꝰ: et traxit rethe in terrā ple-
nū magnis piſcib⁹ centū quīqua
gintatrib⁹. Et cū tanti eſſent: nō
eſt ſciſſū rethe Dixit eis ieſus Ue
nite ꝓandete. Et nemo audebat
diſcūbentiū interrogare eum: tu
quis es. ſcientes q; dūs eſt. Et ve
nit ieſus et accepit panē et dedit
eis: et piſcē ſimiliter Hoc iā tercio
manifeſtatus eſt ieſus diſcipulis
ſuis: cum reſurreriſſet a mortuis
℣ redo. Oſſy. Portas celi aput
dūs et pluit illis māna vt ederēt
panē celi dedit illis: panē āgelor
manducauit homo allā Secreta.

SAcrificia vnime paſchalib⁹
gaudijs īmolata nobis tue
ppiciationis munꝰ obtineāt: qb⁹
ecclia tua mirabiliter paſcit & nu
trit. p. Cō. Xps reſurgēs ex mor-
tuis iam nō moritur mors illi vl-
tra nō dūabit allā allā. Poſtcō.

HAbentes omni nos dūe q̄s vetu-
ſtate purgatos: ſacramenti
tui veneranda perceptio. in nouā
tranſferat creaturam. Per dūm.

℣ Feria quinta. Ad miſſā. Oſſm.

MIrice manū tuā dūe
laudauerunt pariter
allā: q; ſapiētia ape-
ruit os mutum et lin
guas infātium fecit diſertas alls
allā. ℟. Cōfitemini dūo q̄m bonꝰ:
quoniā in ſeculum mīa eius. Oꝝ.

DEus qui diuerſitatē gētiū
in confeſſione tui nominis
adunaſti: da vt renatis fonte ba-
ptiſmatis/ vna ſit fides mentium
et pietas actionum. Per dominū.
Lectio actuum apoſtolorum. vij.

IN diebus illis: Agelus dūi
locutus eſt ad philippum di
cens. Surge/ & vade contra meri
dianum ad viam que deſcendit ab
hieruſalē in gazam: hec eſt deſer-
ta. Et ſurgens abijt. Et ecce ethi-
ops eunuchus potens cādacis re

gine ethyopũ qui erat ſuper oñs gazas eius venerat adorare i hie ruſalẽ: et reuertebatur ſedẽs ſup currũ ſuũ/legensq; yſaiã prophe tam. Dixit aũt ſpũs philippo. Ac cede/et adiũgete ad currũ iſtum. Accurrẽs aũt philippus:audiut eũ legentẽ yſaiã prophetã/& dixit Putasne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo poſſũ itel ligere:niſi aliquis oſtenderit michi? Rogauitq; philippũ vt aſcẽderet: et ſederet ſecũ. Locꝰ aũt ſcripture quam legebat:hic erat Tãꝯ ouis ad occiſionẽ ductꝰ eſt:& q̃ſi agnus coram tondẽte ſe ſine voce/ſic nõ ape ruit os ſuũ. In hũilitate iudiciũ eius:ſublatũ eſt. Gñationẽ eius quis enarrabit:qm̃ tollet de terra vita eius. Reſpõdẽs autem eunu chus: philippo dixit. Obſecro te de quo ꝓpheta dicit hoc:de ſe/ an de alio aliquo? Aperiens autẽ phi lippus os ſuũ:et incipiens a ſcri ptura iſta/euangelizauit illi ieſũ Et dũ irent per viã:venerunt ad quãdã aquã. Et ait eunuchꝰ. Ec ce aqua. Quis phibet me baptiza ri? Dixit autẽ philippus. Si cre dis ex toto corde licet. Et reſpon dens ait. Credo filiũ dei:eſſe ieſũ xp̃m. Et iuſſit ſtare currũ:& deſcẽ derũt vterq; in aquã philippus & eunuchus/et baptizauit eũ. Cum aũt aſcendiſſent de aqua: ſpiritꝰ dñi rapuit philippũ'/et amplius non vidit eũ eunuchus. Ibat aũt per viã ſuã gaudens: philippus aũt inuẽtus eſt in azoto. Et ptrã ſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis:donec veniret ceſaream̃ no men dñi noſtri ieſu chriſti. Grãs. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ℣ Lapidẽ quẽ re probauerũt edificãtes hic factus eſt in caput anguli:a dño factum eſt iſtud / et eſt mirabile in oculis noſtris. non repetat gy. Allã. ℣. In die reſurrectiõis mee dicit do minus p̃cedã vos i galileã. Sey. Dic nobis quidꝰ etheris no ña cuncto mundo nũciãs gaudia. Noſtrã rurſus viſitãs pa triam. Reſpondens placido vul tu:clara voce dicit alleluya. Ange lus michi de chriſto indicauit pia miracula. Reſurrexiſſe dominum ſydey ccinit voce laudãda. Mox ergo pennas volucris vacuas di rigens icta per auras. Rediit fa mulis et dixit vacuatã legem ve terem et nouam regnare gratiam Itaq; plaudite famuli voce clara chriſtus hodie redemit nos a mor te dira. Pater filium tradidit ſer uis vt interimerent pro ſalute no ſtra Sponte ſubiit filius mortem vt nos redimeret morte ab eterna Nunc requiem rapere licet omni bus et vita frui perpetua. Nũc co lite pariter mecum famuli celebri laude ſanctũ paſcha. Chriſtus eſt par noſtra. Scñm iohannẽ. xx.c.

In illo tempore: Maria ſta bat ad monumentum foris: plorans. Dum ergo fleret inclina uit ſe: et proſperit in monumẽtũ Et vidit duos angelos in albis ſe dentes: vnum ad caput/ et vnum ad pedes/vbi poſitum fuerat cor pus ieſu. Dicunt ei illi. Mulier/ quid ploras? Dixit eis. Quia tu lerunt dominũ meũ: et neſcio vbi poſuerunt eũ. Hec cũ diriſſet con uerſa eſt retrorſũ: et vidit ieſum ſtantẽ et neſciebat quia ieſus eſt. Et dixit ei ieſus. Mulier/q̃d plo ras? Quem queris? Illa exiſti mans quia ortolanus eſſet: dixit et. Dñe/ſi tu ſuſtuliſti eum dicito

michi vbi posuisti eũ:et ego eum tollã. Dixit ei ies⁹ Maria Cõuersa illa:dixit ei. Rabboni:qđ dicit magister. Dixit ei ihesus. Noli me tangere:nõdũ enĩ ascẽdi ad patrẽ meũ. Vade autẽ ad frẽs meos et dic eis,ascendo ad patrẽ meũ et patrẽ vestrũ:deũ meũ & deũ vr̃m Venit ergo maria magdalene annunciãs discipulis:q; vidi dñm: et hec dixit michi. ℣. redo. Oꝛy. In die solennitatis vestre dixit dñs inducã vos in terrã fluentẽ lac et mel alleluya. Secreta

SUscipe qs dñe munera pplo rũ tuo; ppicio⁹:vt cõfessiõe tui nois et baptismate renouati sẽpitnã bꝛitudinẽ cõsequant. Cõ. ℣pls acq̃sitionis ãnũciate virtutes ei⁹ allã.q̃ vos de tenebꝛis vocauit in admirabile lumẽ suũ allã

EXaudi dñe pꝛeces no.℣⁹cõ. stras:vt redẽptionis nr̃e sacrosancta cõmercia:et vite nobis conferant pꝛesentis auxilium/ et gaudia sẽpiterna concilient. Per. ℭ Feria sexta. Ad missam. Oꝛa.

EDurit eos dñs in spe allã & timicos eo; operuit mare allã allã al. ps. Attendite populo meus legem meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oꝛis mei. Oratio.

OMps sempiterne deus qui paschale sacramentũ in reconciliationis humane fedeꝛe cõtulisti:da mentibus nostris vt qđ pfessione celebꝛamus imitemur effectu. Per dominum nostrum. Lctõ eple bti petri apli. i. iiij. caꝑ.

CAristimi: Xps semel p peccatis nostris moꝛtuus est/ iustus pꝛo iniustis: vt nos offerret deo moꝛtificatos quidẽ carne viuificatos aũt spũ In quo & his qui i carcere ꝯclusi erãt spualiter veniẽs pdicauit:q; incredduli fuerãt aliquãdo qñ expectabant dei patientiã in dieb⁹ noe cũ fabꝛicaret archa/in qua pauci id est octo aie salue facte sunt per aquã. Qđ et vos nunc similis foꝛme saluos facit baptisma:nõ carnis depositio sozdiũ/sed ꝯsciẽtie bone interrogatio i deũ. ℣per resurrectionẽ domini nostri iesu xp̃i: qui est in dextera dei ℣y. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ & letemur i ea ℟. Bñdict⁹ qui venit i noie dñi: de⁹ dñs et illuxit nobis. non repetat ℣y. Allã℟. Dicite in gentibus:q; dñs regnauit a ligno. Sequẽtia.

UUltime paschali laudes immolant xp̃iani. Agnus redemit oues xps innocẽs patri reconciliauit pctoꝛes. Moꝛs et vita duello cõflixere mirãdo dux vite moꝛtuus regnat viu⁹. Dic nobis maria qđ vidisti in via? Sepulchꝛũ xp̃i viuẽtis et gloꝛiã vidi resurgẽtis Angelicos testes sudariũ & vestes. Surrexit xps spes nr̃a pꝛecedet vos i galileã Credẽdũ est magis soli marie veraci q̃ iudeoꝛum turbe fallaci. Scimus xp̃m surrexisse a moꝛtuis vere tu nobis victoꝛ rex miserere. ℣. math. xxviij.

IIllo tpe: Undecĩ discipuli abierũt in galileã:in montẽ vbi ꝯstituerat illis ihesus Et videntes eũ adoꝛauerũt:quidã aũt dubitauerũt. Et accedens ihesus:locutus est eis dicens. Data est michi oĩs potestas in celo:et in terra Euntes ergo docete oẽs gentes: baptizantes eos in noie patris et filij et spũsancti. Docẽtes eos seruare oĩa: quecũq; mãdaui vobis Et ecce ego vobiscũ sum oĩb⁹ diebus: vsq; ad consũmationẽ seculi

C Tedo.offy. Erit vobis hec dies mēoꝛialis allā ꝫ diē festū celebꝛabitis solēnē dñs i pgenies vꝛas legitimū sempiternū diē allā al.al.

Hostias qs dñe placatꝰ secꝛ. assume:quas ꝫ p renatoꝛū expiatiōe pcti deferimꝰ:ꝫ p acceꝛatiōe celestis auxilij.p.Cō. Data est michi ois ptās i celo ꝫ in teꝛꝛa allā eūtes docete qēs gētes baptizātes eos in noīe pꝛis ꝫ filij et spiritussancti allā allā. ℙOsCōio

Deus qui adoptionis tue sobolem pctōꝝ remissione genuisti:da vt cūcti fideles tui veraciter appꝛehendant/ que pꝛesenti bus susceperunt sacramētis.ℙDer.

C Sabbato.Ad missā.Officium.

Surrit dñs populū suum in exultatiōe allā. et electos suos in letitia allā al. ℙ.Cōfitemini dño ꝫ inuocate nomē eius:annunciate inter gētes opa eiꝰ. Oꝝ

Oncedē qs oīps deus/ vt qui festa paschalia venerando egimus:per hec ꝓtingere ad gaudia eterna mereamur.ℙer do. Lectio epystole beati petri apli.i.ū.

Caꝛissimi:Deponentes igit omnē malicīā:ꝫ omnē dolū et simulationes ꝫ inuidias ꝫ oēs detractiones/ sicut modo geniti infātes rationabiles ꝫ sine dolo lac cōcupiscite vt in eo cꝛescatis in salutē. Si tamen gustatis:quōm dulcis est dñs. Ad quē accedētes lapidē viuū ab hominibꝰ quidē ꝛepꝛobatū:a deo aūt electū et honoꝛificatū. Et ipsi tāq̄ lapides viui superedificamini domos spirituales;sacerdotiū sanctū/ offerre spiritales hostias acceptabiles deo/ per ihesū chꝛistū. ℙꝛopter qđ continet scꝛiptura. Ecce ponā in syō lapidē sūmū angulaꝛē pꝛobatū electum pciosū: et ois qui cꝛediderit in eū nō ꝓfūdet. Vobis igitur honoꝝ cꝛedentibus: nō cꝛedentibus autē lapis quē ꝛepꝛobauerūt edificātes/hic factus est in caput anguli Et lapis offensionis ꝫ petra scādali hīs qui offendunt verbo: nec cꝛedūt in quo positi sūt. Vos autē estis genus electū regale sacerdotium/gens sancta/populus acquisitionis:vt virtutes annuncietis ciꝰ qui de tenebꝛis vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquādo nō populꝰ dei:nūc aūt populus dei. Et qui nō ꝓsecuti miaz:nunc aūt miaz consecuti.

Duo pueri in suppellicijs i pulpito dicāt Allā. ỽ. Hec dies quā fecit dñs exultemꝰ ꝫ letemur in ea. nō repetat Allā. post suū ỽsū qñ duo Allā ponūtur.ſz sedm Allā sēp repetatur post suū ỽsū. Similiter fiat qñ vnum solū Allā.habetur. Deinde alij duo pueri ad gradum chori in superpellicijs cantēt hoc Allā. ỽ. Laudate pueri dñm:laudate nomen dñi. ꝫ finiat a choꝛo. stati seqt aliꝰ ỽ.ab eisdē pueris. ỽ Sit nomē dñi bñdictū ex hoc nūc ꝫ vsqꝫ i scl̄z. similiter finiat a choꝛo. Deide repetat Allāsū neuma.

Mane pꝛima sabbati Secꝛ. surgens dei filiꝰ nostra spes et gloꝛia. Victo rege sceleris ꝛedijt ab inferis cū summa victoꝛia Cuiꝰ ꝛesurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaq̄ marie magdalene facta est pꝛenuncia. Fꝛatꝛibus chꝛisti fratꝛibus eius moꝛte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibꝰ regem seculi moꝛte tā depositā ꝑma est intuita. Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad chꝛisti ve-

ſtigia eius lauit gratia. Que dū ploꝛat et mens oꝛat facto clamat quod coꝛ amat ieſum ſup omnia Non ignoꝛat quē adoꝛat quid pꝛe cetur ſed deleꝫ qō mēs timet conſcia. O maria mater pia ſtella maris appellaris operū per merita Matri rpi coequata dū fuiſti ſic vocata ſed honoꝛe ſubdita. Illa mūdi imperatrix iſta beata pecca trix leticie pꝛimoꝛdia fuderunt in eccliā. Illa eui fuit poꝛta per quē fuit lux eoꝛta hec reſurgētis nūcia mūdū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud rpm choꝛ iſtū clementer cōſilia. Ut tōs ſūme pietatis qui te lauit a peccatis ſeruos ſuos at q̄ tuos mūdet data venia. Amen dicant oīa. Scōz iohannē. xx. ca.

In illo tpe: Una ſabbati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebꝛe eſſent ad monumentū: et vidit lapidē ſublatū a monumento. Cucurrit ergo et venit ad ſymonē petrū: & ad aliū diſcipulū quem diligebat ieſus / et dixit eis. Tulerūt dñm meum de monumēto: et neſcio vbi poſuerit eū. Exiꝛt ergo petrus et ille alius diſcipulus: et venerūt ad monumentū Currebāt autē duo ſimul: et ille alius diſcipul⁹ pꝛecucurrit citius petro / & venit pꝛioꝛ ad monumentū. Et cū ſe inclinaſſet: vidit lintheamina poſita / nō tamē introiuit. Venit ergo ſymō petr⁹ ſequēs eū: et itroiuit in monumētū. Et vidit lintheamia poſita et ſudariū qō fuerat ſup caput ei⁹: nō cū lintheamib⁹ poſitū / ſz ſeparatī involutū i vnū locū Tūc ergo itroiuit et ille diſcipul⁹ q̄ venerat pꝛimus ad monumentū: et vidit et credidit. Nondū eni ſciebāt ſcripturas: qꝛ oportebat eum a moꝛtuis reſurgere. Credo. Offꝛ. Benedict⁹ q̄ venit i noīe dñi: bñdixim⁹ vobis de domo dñi de⁹ dñs & illuxit nobis alla allā. Secreta.

Oncede qs dñe ſēper nos pꝛ hec miſteria paſchalia gꝛatulari: vt cōtinua noſtre reparationis oꝛatio: ꝓpetue ſiat nobis cauſa leticie. Per. Cōio. Omnes qui in chꝛiſto baptizati eſtis chꝛiſtum induiſtis alleluya. Poſtcōio

Redemptionis noſtre munere vegetati qs domine: vt hoꝛ perpetue ſalutis aurilio fides ſēper vera pꝛoficiat. Per do. Dñica in octa. paſche. Officiū.

Eſurrexi & adhuc tecū ſum alla. poſuiſti ſuper me manū tuā alla. mirabilis facta eſt ſciētia tua alla alr. ℣. Dñe ꝓbaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā & reſurrectionē meā. Glia Oꝛ. Deus q̄ hodierna. vtꝫ in die paſche / et nulla fiet meōꝛia de dñica. Epla. Expurgate vet⁹. quere ſupꝛa in die paſche. Loco gꝛ dicit Alla. ℣. Paſcha noſtrū imolatus eſt xps. Scōm Alla. ℣ Angel⁹ dñi deſcendit de celo & accedēs reuoluit lapidē & ſedebat ſup eū. Scq̄.

Laudes ſaluatoꝛi voce modulemus ſupplici. Et deuotis melodijs celeſti dño iubilem⁹ meſſie. Qui ſeip̄ſū exinaniuit vt nos ꝓditos liberaret hoſtes. Carne gloꝛiā deitatis occulēs p̄ānis tegit in pꝛeſepe miſerās pꝛecepti tranſgreſſoꝛē pullū patria paradiſū nudulū. Joſeph marie ſymeoni ſubdit. Circuncidit et legali hoſtia mundat vt pcōꝛ nꝛa qui ſolet relaxare crimia Serui ſubiit manus baptizandus & ꝓfert frau

des tentatoris fugit persequenti
tiũ lapides. Famẽ patiẽ dormit ⁊
tristat ac lauat discipulis pedes:
deus homo sũmus hũilis. Hz tñ
inter hec abiecta corporis Eius
dritas nequaq̃ quit latere signis
bartis ⁊ doctrinis predita. Aquã
nuptijs dat saporis vinei. Cecos
oculos claro lumie vestiuit / lepzã
luridam tactu fugat placido. Pu=
tres suscitat mortuos mẽbraq̃ cu
rat debilia. Flurũ sãguinis con=
strinxit ⁊ saturauit quiq̃ de pani
bus quina milia. Stagnũ pagrat
fluctuans seu licẽ littus ventos
tedat. Linguã reserat rõstrictam
recludit aures priuatas vocibus /
febres depulit. Post hec mira mi=
racula taliaq̃. Spõte sua pzehẽ=
ditur ⁊ damnatur. Et se crucifixi
non desperit. Sed sol ei⁹ mortem
nõ asperit. Illuxit dies quã fecit
dñs. Hostẽ deuastãs ⁊ victor suis
apparẽs dilectoribꝰ viuꝰ. Primo
marie dehĩc apostolis. Docẽs scri
pturas tor aperiẽs vt clausa de ip
so reserarẽt. Fauẽt igit resurgẽti
xpo cũcta gaudijs. Flores segetes
rediuino fructu vernãt. Et volu=
cres gelu tristi terso dulce inbilãt
Lucent clarius sol et luna morte
christi turbida Tellus herbida re
surgẽti christo plaudit que tremu
la eius morte se tasurã nunciat.
Ergo die ista exultemus qua no=
bis vitã vite resurgens patefecit
iesus. Astra solum mare iocunden
tur et cuncti gratulentur in celis
spiritales chori trinitati. Euãge
liũ / offr. secreta vt supra in die pa
sche. infra canonẽ Communicãtes
et Hanc igitur oblationẽ. Cetera
omnia sicut in die pasche dicũtur
℣ Missa dominicalis per ebdo=
madam dicitur. Officium.

Quasi modo geniti infã
tes allã. rationabiles
sine dolo lac cõcupisci=
te allã allã allã. ps. Ex
ultate deo adiutori nostro: inbila
te deo iacob. Nõ dr Gloria in ex=
celsis. in fertis per totũ annũ qñ
de fer. agit. nec Ite missa est. Or.
Presta ñs ops dꝰ / vt qui pa
schalia festa peregimꝰ: hec
te largiẽte moribus et vita tenea
mus. Per do. In oibus fertis pa=
sche tpe / et in oibꝰ festis triũ lect.
sine regimine chori dr tres colle
cte sicut in pma dñica aduentus
dñi prenotatũ est. ℣ Lectio epp=
stole beati iohãnis apostoli. i. v.
Carissimi: Omne quod natũ
est ex deo: vincit mũdũ. Et
hec est victoria q̃ vincit mũdũ: fi=
des nostra. Quis est autẽ q̃ vincit
mundũ: nisi qui credit qñ iesus
est filius dei? Hic est q̃ venit per
aquã et sanguinẽ: iesus xps. Non
in aqua solũ: sed in aqua et sãgui
ne. Et spũs est q̃ testificatur: qñ
christus est veritas. Qñ tres sũt
qui testimoniũ dãt in celo: pater /
verbũ / et spiritussanctus. Et hi
tres vnũ sunt. Et tres sũt qui te=
stimoniũ dãt in terra: spũs aqua
et sãguis / ⁊ hi tres vnũ sũt. Si te
stimoniũ hominũ accipimꝰ: testi=
moniũ dei maius est. Qñ hoc est
testimoniũ dei quod maiꝰ est: qz
testificatꝰ est de filio suo. Qui cre
dit in filiũ dei: habet testimoniũ
dei in se. In loco gr. dicatur Hec
Allã. ℣ Post dies octo ianuis clau
sis: stetit iesus in medio discipu=
loꝝ suoꝝ et dixit. pax vobis. Allã.
℣. Angelus dñi descendit de celo
et accedens reuoluit lapidẽ ⁊ sede
bat super eum. Alius ℣. Respon=
dens autẽ angelus dixit mulieribꝰ

quē q̄ritis/ille aūt dixerit/iesū nazarenū. Illi duo ꝺ. dūr p ebd̄. alternis vicibus: ita tū q ꝺ. Ridens ꝓmo dr q̄n de feria agit. Et si nulla feria per hanc ebd̄. ad hoc vacauerit/tūc vltimus ꝺ. eo āno omo prętermittat. Et notādum est q oī die per hoc idem ep̄s dicunt duo Alla. ad missā de q̄cūq; fiat seruitiū/exceptis vigiliis pasche/ascēsionis/& pēth. et nisi i missis q̄ in processione dūr ¶ Scōm iohēm. xx

In illo tpe: Cū esset sero die illo vna sabbatoꝝ/et fores essent clause vbi erāt discipuli cōgregati ꝓpter metum iudeoꝝ: venit ihesus et stetit in medio/et dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis manus et latus Gauisi sunt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cū dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritū sanctū: quoꝝ remiseritis pcta/remittunt eis. Et quoꝝ retinueritis: retenta sunt. Thomas autē vnus ex duodecim qui dicit didimus: nō erat cū eis quando venit ihesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli. Vidimus dūm. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius figurā clauoꝝ/et mittā digitū meum in locū clauoꝝ/et mittam manū meā in latus eiꝰ: nō credā. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus: et thomas cū eis. Venit ihesus ianuis clausis: & stetit i medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuū huc/et vide manꝰ meas/& affer manū tuā & mitte in latꝰ meū: et noli esse incredulus sed fidelis Respondit thomas: et dixit ei. Dūs meus: et deus meus. Dixit ei ihesꝰ. Quia vidisti me thoma credidisti: bti qui nō viderūt/& crediderūt. Multa q̄dē & alia signa fecit ihesus in cōspectu discipuloꝝ suorū: q̄ nō sunt scripta in libro hoc Hec aūt scripta sunt vt credatis: qz ihesꝰ est xp̄s filiꝰ dei. Et vt credentes vitam habeatis: in noīe eius. Offy. Angelus dñi descendit de celo et dixit mulieribus: quē q̄ritis surrexit sicut dixit allā. Secr.

Suscipe munera dñe q̄s exultātis ecclesie: et cui causā tanti gaudii cōtulisti: perpetuū fructū cōcede leticie. Per dūm. Cōio. Mitte manū tuā et cognosce locū clauoꝝ allā. et noli esse incredulus sed fidelis allā allā. Postcōio

Quesumus dñe deus noster vt sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remediū esse facias et futurū. Per. ¶ Feria. iij. Ad corinthios. i. xv.

Fratres: Si xp̄s predicat q̄ resurrexerit a mortuis: quomodo quidā dicunt in vobis q̄m resurrectio mortuoꝝ non est? Si autē resurrectio mortuoꝝ nō est: neq; xp̄s resurrexit. Si autē xp̄s nō resurrexit: inanis est ꝑdicatio nostra/inanis est et fides vestra Inuenimur autem et falsi testes dei q̄m testimonium dixim⁹ aduersus deum/q̄ suscitauerit christum: quē nō suscitauit si mortui nō resurgunt. Nā si mortui nō resurgunt: neq; xp̄s resurrexit. Si nō xp̄s non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enī estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo: perierunt. Si in hac vita tantū in xp̄o sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hoibus. Nunc aūt xp̄s resur-

rexit a mortuis: primitie dormiē-
tiū Nām quidē per hoiem mors: ⁊
per hoiem resurrectio mortuorū
Et sicut in adam oēs moriuntur:
ita et in xp̄o oēs viuificabuntur.
Unusquisq; autem in suo ordine
Per iesum christum: dominū no-
strum. Secundum marcum. xvi.

IN illo tp̄e: Surgens iesus
mane prima sabbati: appa-
ruit primo marie magdalene / de
qua ieiecerat septē demonia. Illa
vadens nūciauit his qui cū eo fue
rant: lugentibus ⁊ flentibus. At
illi audientes q; viueret ⁊ visus
esset ab ea: non crediderunt. Post
hec aūt duob⁹ ex his ambulanti-
bus: ostensus est in alia effigie eū
tibus in villā. Et illi eūtes nūcia
uerūt ceteris: nec crediderūt illis

Feria tertia. Ad hebreos. xiij.

FRatres: Obedite ꝓpositis
vr̄is: et subiacete eis. Ipsi
enī puigilāt q̄si rationē p animabus
vr̄is reddituri: vt cū gaudio hoc
faciāt ⁊ nō gemētes. Hoc enī non
expedit vobis: orate p nobis. Cō
fidimus enī: q; bonā cōsciētiā ha-
bemus in oīb⁹ bene volētes q̄uer
sari. Amplius aūt deprecor vos hoc
facere: quo celeri⁹ restituar vobis
De⁹ aūt pacis q̄ eduxit de mortuis
pastorē magnū ouiū in sanguine
testamēti eīni dn̄m nr̄m iesū xp̄m
aptet vos in oī ope bono: vt facia
tis voluntatē ei⁹ faciēs in vobis
q̄ placeat cor̄ā se per iesū christū
cui est gloria: in secula seculorum
amen. Secundum matheū. xxviij

IN illo tp̄e: Exierunt mulie-
res de monumento cū timo-
re ⁊ gaudio magno: currentes nū
ciare discipulis ei⁹. Et ecce iesus
occurrit illis: dicens. Auete. Ille
autē accesserūt et tenuerūt pedes
ei⁹: et adorauerūt eū Tūc ait illis
iesus. Nolite timere. Ite / nūciate
fratrib⁹ meis vt eāt i galileā: ibi
me videbūt. Que cū audissent: ec
ce q̄dā de custodib⁹ venerūt in ci-
uitatē / ⁊ nūciauerūt p̄ncipib⁹ sa-
cerdotū oīa q̄ facta fuerāt. Et ⁊gre
gati cū seniorib⁹ cōsilio accepto:
pecuniā copiosā dederunt militi-
bus dicētes. Dicite q; discipli ei⁹
nocte venerūt: et furati sūt eū no
bis dormientibus Et si hoc auditū
fuerit a p̄side: nos suadebimus
ei / et securos vos faciem⁹. At illi
accepta pecunia: fecerūt sicut erāt
edocti. Et diuulgatū est v̄bū istud
apd̄ iudeos: vsq; in hodiernū di.

¶ Sciendū est q; ioi festo cū reg.
cho. ab oc. pas. vsq; ad alce. dō. em
Allā. erit vnū de supscriptis: di-
ctis q̄b⁹ reincipiāt: et sūt nouē in
numero. Allā. ℣. Mane nobiscū
dn̄e q; declinata est iā dies ad ve-
spe⁹. Allā. ℣. Oportebat patī xp̄m
et resurgere a mortuis: ⁊ ita intra
re in gl̄iam suā. Allā. ℣. ⁊p̄s resur
gēs ex mortuis iā nō morit: mors
illi vltra nō dn̄abit. Allā. ℣ Sur
rexit altissim⁹ de sepulchro: qui p
nobis pependit in ligno. Allā. ℣.
Surrexit xp̄s et illuxit pplo suo:
quē redemit ipse de sanguine suo
Allā. ℣. ⁊p̄s mortu⁹ est ppter delic
ta nr̄a: et surrexit ppter iustificā
tionē nr̄ā. Allā. ℣. Surgēs ies⁹
dn̄s noster stetit in medio disci-
pulorū suorū et dixit pax vobis
Allā. ℣. Surrexit dn̄s ⁊ occurrēs
mulieribus ait auete. tūc accesse-
rūt et tenuerūt pedes eius. Allā.
℣. In die resurrectionis mee dicit
dn̄s p̄cedā vos i galileā. Si i hac
dn̄ica vel in sequentib⁹ fiat seruī-
tiū de aliquo festo cū regie chorꝫ
tunc admissā scōm Allā. non cr̄ꝫ

de dñica/sed vnū erit de nouē pre dictis per ordinē. ¶ Dñica scda post pascha. hac die & oibus dñicis diebꝰ vsq; ad ascē. dñi dicitur missa de resurrectione sicut in die pasche preter gr̄. et **Cōicantes.** & **Hanc igitur.** sed nulla fiat memoria de dñica ad missam de resurrectione.et semper dr̄ sequentia **Ascensionis.** Et si festū alicuiꝰ sancti cū regimine chori in dñica euenerit:tūc de sctō dr̄ missa.& memoria de resurrectōe.si nō d̄ dñica ¶ Notandū est q; in oibus dñicis a pascha vsq; ad ascē.erit primum **Allā. ỽ. Pascha nostrū.** et scdm **Allā.** de sua dñica sc̄z qđ plus facit mentionē de resur. qđ ē vltimū Et semp infra p̄dictū tps de quo cūq; dr̄ missa.fiat mēoria de resurrec.cū hac oratione. **Deus qui p vnitatē.** nisi in quercoe sctē crucis. Missa vero dñicalis per ebdo.dr̄ cū p̄fatiōe quotidiana Et si nulla feria per ebdo. vacauerit a festo tūc in dñica in capitulo dicit missa dñicalis ebdo.secunde. Offm.

Misericordia dñi plena est terra allā. verbo dei celi firmati sūt allā al. ps. Exultate iusti i domino:rectos decet collaudatio. or̄.

Deus q̄ in filij tui hūilitate iacentē mūdū erexisti:fidelibus tuis perpetuā ḡcede letitiā: vt quos perpetue mortis eripuisti casib⁹ : gaudijs facias sēpiternis perfrui.Per eūdē do. Lectio epystole beati petri apostoli.i.ii.

Carissimi : Xps passus est p nobis vobis relinquēs exēplū:vt sequamini vestigia eius. Qui pctm̄ nō fecit : nec inuēt⁹ est dolus in ore ei⁹. Qui cū maledicer̄:nō maledicebat. Cū paterer̄ : nō ḡminabat. Tradebat aūt iudicāti se iuste q̄ pctā nostra ipse pertulit i corpore suo sup lignum:vt pctis mortui iustitie viuamus cui⁹ liuore sanati estis Eratis enī sicut oues errātes : sz ḡuersi estis nūc ad pastorē & epyscopū aiaz ve straz. Allā. ỽ. Ego sū pastor bonus & cognosco oues meas et cognoscūt me mee. Allā. ỽ. Surrexit pastor bonꝰ q̄ posuit aiaz suā p̄ro grege suo. Scdm iohannē.c.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonꝰ pastor: animā suam dat p ouibus suis. Mercēnarius aūt & q̄ nō est pastor cuius nō sūt oues p̄prie: videt lupū venientē/ et dimittit oues & fugit Et lupus rapit:& dispgit oues. Mercēnarius aūt fugit q; mercēnarius est:& nō pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonꝰ . Et cognosco oues meas:& cognoscunt me mee. Sicut nouit me pr̄:& ego agnosco patrē. Et animā meā pono: p ouibus meis. Et alias oues habeo:q̄ nō sūt ex hoc ouili & illas oportet me adducere / & vocē meā audiēt. Et fiet vnum ouile:& vnꝰ pastor. Offr̄. Deus meus ad te de luce/vigilo et in nomine tuo leuabo manus meas alleluya. Secreta.

Benedictionē nobis dñe ꝓficiat salutarē sacra sēp̄ oblatio/vt qđ agit mysterio : virtute p̄ficiat.p ō. Cō. Ego sū pastor bonus allā:& cognosco oues meas & cognoscūt me mee allā al. Postco.

Presta nobis omps et misericors deus/vt vinificationis tue gratiā consequentes:i tuo semper munere gloriemur.Per dominum. ¶ Feria.iij. Lco epystole beati petri apostoli.i.i.cap̄.

CArissimi: Scientes q̄ non corruptibilib⁹ argento vel auro redempti estis de vana vestra cōuersatione paterne traditionis: sed pretioso sāguine quasi agni incontaminati et imaculati xp̄i. Precogniti quidē ante mūdi constitutionē: manifestati autem nouissimis tēporib⁹ propter vos qui per ipsū fideles estis in deum Qui suscitauit eum a mortuis et dedit ei gloriam: vt fides vestra & spes esset in deo. Animas vr̄as castificātes: in obedientia caritatis in fraternitatis amore / simplici ex corde attētius inuicē diligite/ renati nō ex semie corruptibili sed incorruptibili/per verbū dei viui et ymanētis Qr omis caro vt fenū: et omis gloria eius tanq̄ flos feni. Exaruit enī fenū: et flos eius decidit. Verbum autē dñi: manet in eternum. Secundum lucam. xxiij

IN illo tpe: Una sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum: portantes que parauerant aromata. Et inuenerunt reuolutū lapidem a monumento: et ingressi non inuenerunt corpus dñi ihesu. Et factū est dū mente ꝛsternate essent de isto: ecce duo viri steterūt iuxta illas in veste fulgenti. Cū timerent autē et declinarent vultū in terrā: dixerūt ad illas. Quid queritis viuentē cum mortuis? Non est hic? sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hois tradi in manꝰ hominū peccatorū et crucifigi: et tercia die resurgere. Et rememorate sunt verborū eiꝰ: et regresse a monumento nunciauerūt hec oīa illis vndecim et ceteris omnibus Erat autē maria magdalene & iohanna et maria iacobi: & cetere q̄ cū eis erant q̄ dicebant ad apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut deliramenta verba ista: & nō credebant illis. Petrus autē surgens cucurrit ad monumētū: & p cūbēs vidit lintheamina sola posita. Et abijt secū mirās: qđ factū fuerat. Ephe. vi. Ad romanos. v

FRatres: Sicut per vniꝰ delictū in oēs hoies in ꝯdēnationē: sic et per vnius iusticiā in oīs hoies in iustificationē vite Sicut enī per inobedientiā vniꝰ hois pctōres cōstituti sūt multi: ita et per vnius obedientiam / iusti cōstituūtur multi. Lex autem subintrauit: vt abūdaret delictū Vbi aūt abūdauit delictū: supabūdauit et gratia Vt sicut regnauit peccatum in mortē: ita et gratia regnet per iusticiā in vitā eternam. Per ihesum chr̄istum: dominum nostrum. Scōm matheū. ix.

IN illo tpe: Accesserūt ad ihesum discipuli iohānis: dicētes. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter: discipuli aūt tui non ieiunant? Et ait illis ihesus Nūquid possunt filij sponsi lugere/ q̄diu cū illis est sponsus? Venient autem dies cum auferet ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt Nemo autem imittit cōmissuram pānī rudis: in vestimentū vetus Tollet enī plenitudinē eius a vestimento: et peior scissura fit. Nec mittunt vinū nouum: in vtres veteres. Alioquin rūpunt vtres et vinū effunditur: et vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur. Missa dominicalis ebdomade tercie. Officium

IUbilate deo oīs terra allā/psalmū dicite nomini eī⁹ allā date gloriā laudi eī⁹ allā al.al.ꝑ. Dicite deo ꝙterribilia sūt opa tua dñe:ī multitudine virtutū tue

DEus qui errātib⁹ vt in. Dꝙ viam possint redire tusticie veritatis tue lumen. ostendis: da cūctis qui chꝛistiana pꝛofessione cēsentur:et illa respuere que huic inimica sūt nomini:⁊ ea que sunt apta sectari. Per dñm. Lectio epy stole beati petri apostoli.i.ij.ca-

CArissimi:Obsecro vos tāq̄ aduenas et peregrinos:abstinere vos a carnalib⁹ desideꝛijs que militāt aduersus animā. Cōuersationē vestrā inter gentes habentes bonā:vt in eo quod detractant de vobis tāq̄ de malefactoꝛibus ex bonis operibus vos cōsideꝛantes glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humane creature: ꝓpter deū siue regi quasi pꝛecellenti: siue ducibus tāq̄ ab eo missis ad vindictam malefactoꝝ laudē vero bonoꝝ. Qꝛ sic est volūtas dei:vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentiū hominū ignoꝛantiā Quasi liberi / et nō quasi velamē habentes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Dēs honoꝛate:fraternitatem diligite. Deū timete: regē honoꝛificate. Serui subditi estote ī oī timoꝛe dñis:nō tāt̄ bonis ⁊ modestis/sed etiā discolis. Hec est enī gꝛa. In xpo iesu: dño nostro. Allā. ℣. Modicū ⁊ iā non videbitis me dicit dñs:itez modicum ⁊ videbitis me qꝛ vado ad patrē. Allā. ℣. Itez aūt videbo vos et gaudebit coꝛ vestrū / ⁊ gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Allā. ℣ Surrexit xps ꝙ creauit ola:⁊ misert⁹ est hūano generi. In hac ebdo.ad missā i dieb⁹ ꝓtestis pꝛimū Allā scz Modicū. dr ꝙ totā ebd. loco gꝛ. ⁊ alia duo dūr alternis vicibus i feꝛijs ⁊ ī festis.iii.l. quod etiā ip̄ꝛorima sequēti ebd. obseruandū est ¶ Scōm iohānē.xvi.

IN illo tpe:Dixit iesus discipulis suis. Modicū et iā nō videbitis me:⁊ itez modicū et videbitis me/qꝛ vado ad patrē. Dixerunt ergo discipuli eius: adinuicē. Quid est hoc qđ dicit nobis: modicū ⁊ nō videbitis me / et iterū modicū et videbitis me qꝛ vado ad patrē? Dicebāt ergo. Quid est hoc quod dicit modicū? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem iesus: qꝛ volebāt eū interrogare/et dixit eis. De hoc queritis inter vos:qꝛ dixi modicū et nō videbitis me/⁊ itez modicū ⁊ videbitis me. Amen amen dico vobis:quia ploꝛabitis ⁊ flebitis vos/mūdus autem gaudebit. Vos autem contristabimini:sz tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cū parit tristiciam habet:qꝛ venit hoꝛa ei⁹. Cū aūt pepererit puerū:iā nō memnit pressure ꝓpter gaudiū / qꝛ nat⁹ est homo ī mundū. Et vos igit̄:nūc quidē tristiciā habetis. Itez aūt videbo vos:⁊ gaudebit coꝛ vestrū. Et gaudiū vestrū:nemo tollet a vob̄. oīz. Lauda ala mea dñe:laudabo dñm ī vita mea psallā deo meo ꝙdiu ero allā. sec.

HIs nobis qsum⁹ dñe mysteꝛijs cōferatur: quo terrena desideria mitigantes / discamus amare celestia. Per. Cōio. Modicum et non videbitis me allā/iterum modicum et videbitis me qꝛ vado ad patrē allā allā. Postcō.

RElspice q̃s dñe populũ tuũ et quẽ eternis dignatus es renouare misterijs : a tẽporalib⁹ culpis dignãter absolue. Per dn̄.

Cfe.iiij. Leõ epy.b.ioh.apli.i.u

CArissimi: Hec scribo vobis vt nõ peccetis Sed si q̃s peccauerit: aduocatũ habemus apud patrẽ ielum xp̃m iustũ / et ipse est ppiciatio pro pctis nr̃is. Nõ pro nostris aũt tantũ: sed etiã pro totius mũdi. Et in hoc scim⁹ qm̃ cognouimus eũ: si mãdata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eũ & mandata ei⁹ nõ custodit: mendax est/et veritas in eo nõ est Qui aũt seruat verbũ ei⁹: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus: qm̃ in eo sum⁹/si in ipso pfecti fuerimus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ãbulauit et ipse ãbulare. Carissimi nõ mãdatũ nouũ scribo vobis: sed mandatũ vetus q̃ habuistis ab initio Mandatũ vetus est: verbũ quod audistis. Iterũ mandatũ nouum scribo vobis : q̃ est verũ in ipso et in vobis. Qm̃ tenebre transierunt: & lumẽ verũ iã lucet Per ielum xp̃m: dn̄m nostrũ. S. ioh. iij.

IN illo tpe: Facta est questio er discipulis iohis cũ iudeis de purificatione. Et venerunt ad iohãnẽ: et dixerunt ei. Rabbi qui erat tecũ trans iordanẽ/cui testimoniũ perhibuisti: ecce hic baptizat et oẽs venit̃ ad eũ. Respõdit iohãnes: et dixit. Non põt hõ accipere quicq̃ : nisi illi datũ fuerit de celo. Ipsi vos michi testimoniũ phibetis q̃ dixerim vobis q̃ ego nõ sũ xp̃s: sed q̃ missus sum ante illum. Qui habet sponsam: sponsus est. Amicus aũt sponsi q̃ stat & audit eũ : gaudio gaudet propter vocẽ sponsi. In hoc ergo gaudiũ meũ impletũ est. Illũ oportet crescere: me autẽ minui. Qui de sursum venit sup oñs est. Qui est de terra/de terra est: & de terra loquit Qui de celo venit: sup oẽs est. Et quod vidit et audiuit hoc testat̃: et testimoniũ eius nemo accipit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ: signauit quia deus verax est Quẽ enĩ misit deus: verba dei loquit̃. Nõ enĩ ad mensurã : dat de⁹ spiritũ. Pater diligit filiũ: et oĩa dedit in manu eius Qui credit in filiũ: habet vitã eternã Qui autẽ incredulus est filio : non videbit vitã: sed ira dei manet super eum

Cfe.vi. Ad thessalonicẽses.i.v

FRatres: Oẽs enim vos filij lucis estis : et filij dei. Non sumus noctis: neq; tenebr̃ay. Igitur nõ dorm̃iamus sicut et ceteri: sed vigilemus & sobr̃ij sim⁹. Qui enĩ dorm̃iũt: nocte dorm̃iũt. Et q̃ ebr̃ij sunt : nocte ebr̃ij sunt. Nos aũt qui diei sum⁹ sobr̃ij sim̃us: induti lor̃icã fidei et caritatis/& galeam spem salutis. Qm̃ nõ posuit de⁹ nos in trã: sed in acq̃sitionẽ salutis. Per dn̄m nostrũ ielũ xp̃m qui mor̃tuus est pr̃o nobis : vt siue vigilemus siue dorm̃iamus simul cũ illo viuamus. Pr̃opter q̃ cõsolamini inuicẽ: et edificate alterutrũ. In chr̃isto iesu : domino nostro. Secundum iohannem. xv

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Ego lux in mũdũ veni : vt oĩs qui credit in me / in tenebr̃is non maneat. Et si quis audierit verba mea & nõ custodierit ea: ego nõ iudico eum. Nõ enĩ veni vt iudicẽ mũdũ: sed vt saluifficem mundũ. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui

iudicet eũ. Sermo quẽ locut⁹ sũ : ille iudicabit eũ in nouissimo die Qz ego ex meipso nõ sũ locut⁹: sz q̃ misit me pater ipse michi mãdatũ dedit qd dicã aut qd loquar. Et scio qz mãdatũ ei⁹: vita eterna est Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pr̃: sic loquor Missa dñicalis ebdo. quarte post pascha. offi

CAntate dño canticum nouum allã qz mirabilia fecit dñs allã. ante ꝓspectũ gentiũ reuelauit iusticiam suam alleluya alleluya. ℣. Saluauit sibi dextera ei⁹: et brachium sanctum eius. Oro.

DEus qui fidelium mẽtes vni⁹ efficis voluntatis: da popu lis tuis id amare quod pzecipis / id desiderare quos pzomittis: vt inter mũdanas varietates ibi nostra fixa sint corda / vbi vera sunt gaudia. Per dominum. Lectio epystole beati iacobi apostoli. i. ca.

CArissimi: Omne datũ optimũ: et oñe donũ perfectũ desursũ est descẽdẽs a patre luminũ / apud quẽ nõ est trãsmutatio / nec vicissitudinis obũbratio. Uolũtarie enĩ genuit nos verbo veritatis: vt sim⁹ initiũ aliqd̃ creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aũt oĩs hõ velox ad audiendum: tardus aũt ad loquendum / & tardus ad irã. Ira enim viri iusticiã dei nõ operat. Propter qd̃ abiicientes oẽm immũdiciã & abũdantiã malicie: in mansuetudine suscipite insitũ verbũ. Qd̃ potest saluare: animas vestras. Allã. ℣. Vado ad eũ q̃ misit me: sed qz hec locutus sũ vobis tristicia ipleuit cor vestrũ. Allã. ℣. Ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã. Allã. ℣. Surrexit dñs vere & apparuit petro. Et dñr sicut no tat ipma dñica pced. Sequẽtio. sci

IN illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Vado ad eũ qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locut⁹ sũ vobis: tristicia ipleuit cor vestrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã Si enĩ nõ abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eũ ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũdũ de pctõ / et de iusticia / et de iudicio. De pctõ quidem: qz nõ crediderunt in me. De iusticia vero: qz ad patrem vado et iã nõ videbitis me. De iudicio aũt: qz princeps huius mundi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ aũt venerit ille spir⁹ veritatis: docebit vos omnẽ veritatẽ. Nõ enĩ loqtur a semetipso: sz q̃cq̃ audiet loquetur / et que venitura sunt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: qz de meo accipiet et annũciabit vobis. Omnia q̃cq̃ habet pater: mea sũt. Propterea dixit qz de meo accipiet: & annũciabit vobis. Offy. Jubilate deo vniuersa tra iubilate deo vniuersa tra psalmũ dicite nomi ei⁹ venite & audite & narrabo vobis oĩs qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee. Secreta.

DEus q̃ resurgẽs a mortuis passione cassata potentiã tuis discipulis reddidisti: accede propici⁹: vt nos quoq̃ maiestati tue hoc paschale sacrificiũ conflict: et ad gratiã tuã promerendã in bonis operib⁹ efficiat pfectores. Qui vi. Cõ. Dñi venerit paraclit⁹ spũs veritatis ille arguet mundũ de peccato & de iusticia et

de iudicio allā alleluya. Postcō.

ADesto nobis dñe deus noster: vt per hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a vicijs et a periculis oīb⁹ eruamur. Per dominū. ¶ Feria quarta Lectio epistole beati iacobi apli. ij. cap.

CArissimi: Nolite in ysona rū acceptione habere fidē: dñi nostri iesu xpi glie. Cū enī introierit vir in cōuētū vestrū. anulum aureū habens in veste candida: introierit aūt & pauper in sordido habitu/& intendatis in eū qui indutus est veste preclara et dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi aūt dicatis/tu sta illic/aut sede sub scabello pedū meorū. nōne iudicatis apud vosmetipsos & facti estis cogitationū iniquarū iudices? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide & hēredes regni/quod repromisit deus diligentibus se? Vos aūt exhonorastis pauperē. Nōne diuites per potentiā opprimūt vos: & ipi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemāt bonum nomen: quod inuocatū est super vos? Si tamē legē plicitis regalē scōm scripturas: diliges primū tuū sicut teipsum/bene facitis Si autē ysonas accipitis: pctm̄ operamini/redarguti a lege quasi transgressores Quicunq; aūt legē totā seruauerit: offendit autē in vno/factus est oīm reus. Qui enī dixit non occides: dixit non mechaberis. Nō si nō mechaberis/occides autem: factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite: quasi per legem liberatis incipientes iudicare. Judicium enī sine mia: illi qui non facit miam. Superaltat aūt mīa iudicium. Scōm iohēm. xviij.

IN illo tpe: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit Pater sancte: serua eos in nomie tuo quos dedisti michi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essem cū eis: ego seruabā eos in noīe tuo. Quos dedisti michi custodiui: et nemo ex eis perijt / nisi filius perditionis vt scriptura impleat. Nunc autē ad te venio: et hec loquor in mundo vt habeant gaudiū meū ipletū in semeipsis. Ego dedi eis sermonē tuū: et mūdus eos odio habuit/q; nō sunt de mundo sicut et ego nō sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. ¶ Feria. vi. Lectio epistole beati iacobi apli. ij.

CArissimi: Videtis quoniam ex operibus iustificat homo: et nō ex fide tm̄. Similiter autem et raab meretrix: nōne ex operib⁹ iustificata est suscipiēs nūcios/et alia via eijciens? Sicut enī corp⁹ sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibus mortua est.

Secundum iohannem. xiij. capi.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Filioli: adhuc modicū tēpus vobiscum sum. Quaeretis me et sicut dixi iudeis: quo ego vado non potestis venire. Et vobis dico modo. Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: vt & vos inuicē diligatis. In hoc cognoscent omnes q; discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Dixit ei symon petrus. Domine/quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea. ¶ Missa dominicalis ebdomade quinte post pascha. Ad missam. Officium

VOcē iocunditatis annūciate & audiat allā nūciate vsq; ad extremū terre liberauit dō⁹ populū suū allā allā. ℣. Jubilate deo oīs terra/psalmū dicite nomini ei⁹:date glozriā laudi eius. Oꝝ.

DEus a quo bona cūcta pcedūt:largire supplicib⁹ tuis vt cogitem⁹ te ispirāte q̄ recta sūt: et te gubernante eadē faciam⁹. ℣. Lectio epl̄e bti iacobi apostoli. i.

CArissimi: Estote factozres verbi & nō auditozres tātū: fallentes vosmetipsos. Qz si q̄s auditoz est verbi & non factoz:hic ꝓparabitur viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue in speculo. Cōsiderauit enī se & abūt:& statī oblitus est qualis fuerit. Qui aūt ꝓspexerit in lege pfecte libertatis & ymā serit in ea:nō auditoz obliuiosus fact⁹ sed factoz operis/hic beatus in facto suo erit. Si q̄s aūt putat se religiosū esse nō refrenās liguā suā/sz seducēs coz suū:hui⁹ vana est religio Religio mūda & imaculata:apud deū & patrē hec est Visitare pupillos & vidnas in tribulatione eoz: & immaculatū se custodire ab hoc seculo. Allā. ℣ Usq; modo nō petistis q̄q̄:i noīe meo petite & accipietis. Allā. ℣ Surrexit rp̄s iā nō mozitur:mozs illi vltra nō dñabit. Scōz iohānē. xvi.

IN illo tpe:Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrē in noīe meo/dabit vobis. Usq; modo nō petistis q̄q̄:i noīe meo ꝑtite et accipietis:vt gaudiū vestrū sit plenū. Hec in ꝓuerbijs:locut⁹ sū vobis. Uenit hozra cū iā nō in ꝓuerbijs loquar vobis:sed palā de patre meo annunciabo vobis. Il lo die/in nomine meo petetis. Et nō dico vobis:q̄z ego rogabo patrē de vobis. Ipse enī pater amat vos: q̄z vos me amastis & credidistis q̄z a deo exiui. Exiui a patre & veni in mūdū:iterū relinquo mūdum et vado ad patrē. Dicūt ei discipuli ei⁹. Ecce nūc palā loq̄ris: & ꝓuerbiū nullū dicis. Nūc scim⁹ q̄z scis omnia:& nō opus est tibi/ vt quis te interroget. In hoc credimus:q̄z a deo existi. Oꝝ. Būdicite gētes dūm deū nostrū & obaudite vocē laudis ei⁹ qui posuit aīmā meā ad vitā & nō dedit cōmoueri pedes meos būdict⁹ dūs q̄ nō amouit depcationē meā & misericozdiā suā a me allā. Secreta.

SUscipe q̄s fideliū pzeces cum oblationib⁹ hostiaz: vt per hec pie deuotionis officia:ad celestē glozriā trāseam⁹. ℣. Cō. Cāte dño allā: cātate dño & būdicite nomui ei⁹:bū nūciate de die in diē salutare eius allā allā. & Oscio.

TRibue nobis dñe q̄s celestis mēse virtute satiatis et desiderare q̄ recta sunt:& desiderata percipere. ꝑ dūm. ¶ Feria scōa in rogationibus si a festo cū reg̃mine chori vacauerit;dicitur post tertiā pro magna missa iciū Clock tocūditatis. vt supza in dñica. Et in pcessione dz hec missa Offuū.

SAnctuit de tēplo sācto suo vocē meā allā:& clamoz meus in aspectu ei⁹ introiuit i aures eius allā allā. ℣. Diligā te dñe fortitudo mea:dūs firmamētū meū & refugiū meū & liberatoz meus. Oꝝ.

OResta q̄s ops deus / vt qui in afflictione nostra de tua pietate cōfidimus: cōtra aduersa oīa tua semper pzotectione muni

amur. Per dñm. Scda oco de sancto de quo est eccliā. tercia oco de omnibus sanctis. oy. Concede q̄: sumus omnipotens deus. Lectio epystole bti iacobi apostoli. v. ca.

Carissimi: Confitemini alterutrū pctā vra: et orate pro inuicē vt saluemini. Multū enim valet: deprecatio tusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terrā. Et non pluit annos tres: et menses ser. Et rursum orauit: et celū dedit pluuiā/ & terra dedit fructū suū. Si q̄s aūt er vobis errauerit a veritate & cōuerterit quis eū: scire debet q̄m q̄ cōuerti fecerit pctōrē ab errore vie sue/ saluabit animā eius a morte. Et operit: multitudinē peccatorū. Alla. h. Confitemini dño q̄m bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Secundum lucam. xi. c.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrū habebit amicū: & ibit ad illū media nocte/ & dicet illi. Amice/ cōmoda michi tres panes: q̄m amic⁹ meus venit de via ad me/ et non habeo q̄d ponā ante illū. Et ille deintus respōdēs: dicat. Noli michi molestus esse: iam hostiū clausū est/ et pueri mei mecū sūt in cubili/ non possū surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsās: dico vobis et si nō dabit illi surgēs eo q̄ amicus ei⁹ sit pter ipr̄obitatem tamē ei⁹ surget/ et dabit illi quot quot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: & dabitur vobis. Querite: et inuenietis. Pulsate: et aperiet vobis. Oīs enī qui petit accipit: et qui q̄rit inuenit/ et pulsāti aperietur. Quis aūt ex vobis patrē petit panē: nūq̄d lapidē dabit illi? Aut piscē: nūquid p piscē serpentē dabit illi? Aut si petierit ouū: nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: q̄to magis pater vester de celo dabit spīm bonū petētib⁹ se? Offr. Cōfitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eum qui astitit ad dexterā pauperis vt saluā faceret a psequētib⁹ animā meam alleluya. Hic fiat sermo ad populum si placuerit. Secreta.

Hec munera dñe q̄s & vincula nīe prauitatis absoluant: et tue nobis mie dona ꝛceliēt. p. Cō. Petite & accipietis/ q̄rite et inuenietis/ pulsate & apiet vobis. Oīs enī q̄ petit accipit/ & q̄ q̄rit inuenit/ et pulsāti aperiet alla. Postcōio.

ANgelus dñi descē dit cū azaria et socijs ei⁹ i fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace / et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flāma autem diffusa est super fornacē cubitis quadragitanouē: ⁊ incēdit quos reppērit iuxta fornacē de caldeis ministros regis / qui eam incendebant. Illos autē dño non tetigit ignis neq̄ cōtristauit: neq̄ quicq̄ molestie intulit. Tūc hi tres qua si ex vno ore laudabant et glorifi cabant: et benedicebāt deū in fornace dicentes. Hic finiatur in aductū. Bñdictus es dñe de⁹ patrū nostrorū: et laudabilis et gl̄iosus et superaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctū: et laudabile et superexaltatum in oībus seculis. Benedictus es in tēplo sctō glorie tue: et superlaudabilis et superglorio sus in secula. Bñdict⁹ es in throno regni tui: et suplaudabilis et supereraltatus in sclā. Bñdictus es super sceptrum regni diuinitatis tue: et suplaudabilis ⁊ supereraltatus in scla. Benedictus es qui intueris abyssos et sedes sup cherubin: et laudabilis et supereraltatus in secula. Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorū ⁊ super vndas maris: ⁊ suplaudabilis et supereraltatus in secula. Hic finiatur in quadragesima. Benedictus es in firmamēto celi: et laudabilis et glorioſus in secula. Benedicite omnia opera dñi dño: benedicite celi dño. bñdicite angeli dñi dño. Hymnū dicite et supexaltate eū in secula. Bñdicite aque oēs q̄ sup celos sūt dño: bñdicite oēs virtutes dñi dño. benedicite sol ⁊ luna dmino Hymnum dicite et supereraltate eū in scla. Bñdicite stelle celi dño: bñdicite ymber et ros dño. bñdicite oēs spiritus dei dño. Hymnū dicite ⁊ supexaltate eū in secula. Bñdicite ignis ⁊ estus dño: bñdicite noctes et dies dño. benedicite tenebre et lumen domino. Hymnum dicite et supereraltate eū in secula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues dño. benedicite fulgura et nubes dmino. Hymnū dicite et supereraltate eū in secula. Benedicat terra dñm: bñdicite mōtes et colles dño. benedicite oīa nascentia terre dño. Hymnum dicite et supereraltate eum in secula. Benedicite maria ⁊ flumīa dño: benedicite fontes dño. bñdicite cete et oīa que mouētur in aquis dño. Hymnū dicite et supereraltate eū in secula. Bñdicite volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecora dño. bñdicite filij hoim dño. Hymnū dicite et supereraltate eum in secula. Benedicat israel dominū: benedicite sacerdotes dñi dño. benedicite serui dñi dño. Hymnum dicite et supereraltate eum in secula. Bñdicite spiritus et aie iustorū dño: benedicite sancti et humiles corde dño. Hymnū dicite et supereral-

tate eũ in secula. Benedicite ama-
nia/azaria/misael dño. Hymnũ
dicite et superaltate eũ in secula.
In vigilia sancte trinitatis et in
mẽse septẽbris tota lectio legatur
Duo clerici de scḋa forma in sup-
pellicijs ad graduũ cho. dicãt Alla
ỽ. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrũ nrox
et laudabilis i secula. non repetat
Allã, sequat Dñs vo. cũ Orem⁹.

DEus q̃ trib⁹ pueris mitiga-
sti flãmas ignis: zcede ppi
cius / vt aduenientẽ spiritu sancto
nos famulos tuos nõ exurat flã-
ma vicioꝝ. ꝑ dñm. in vnitate eiusḋ
dem. Lectio actuũ apostoloꝝ. riij

IN diebus illis: Cõuenit vni
uersa ciuitas: audire verbũ
dei. Videntes aũt turbas iudei:
repleti sunt zelo/et cõtradicebant
his que a paulo dicebãtur blas-
phemantes. Tũc zstanter paulus
et barnabas dixerũt. Vobis opoz
tebat primũ loqui verbũ dei: sed
q̃m repulistis illud / et iudignos
vos iudicastis eterne vite/ecce cõ
uertimur ad gentes. Sic enim no
bis: precepit dñs. Posui te in lucẽ
gentibus: vt sis in salutẽ vsq; ad
extremũ terre. Audientes autem
gentes gauise sunt: & glorificabãt
verbum dñi / et crediderũt quot-
quot erant preordinati ad vitam
eternã. Disseminabatur autẽ ver
bũ dñi: per vniuersã regionẽ. Iu
dei autẽ cõcitauerunt religiosas
mulieres et honestas et primos ci
uitatis: & excitauerũt persecutio-
nẽ in paulũ et barnabã/& eiecerũt
eos de finibus suis. At illi excusso
puluere pedũ in eos: venerũt ico-
nium. Discipuli quoq; replebãtur
gaudio: et spiritu sancto. Et lega
tur in pulpito: quando lecta duo sol dei
et de superiori gradu in capis seri
cis ibidẽ dicant Allã. ỽ. Laudate
dñm omnes gentes: & collaudate eũ
omnes populi. Repetatur Allã.
sine neuma. Seq̃. Alma chorus.
vt supra feria quinta precedente.
Secundum lucam. iiij. capitulo.

IN illo tpe: Surgẽs iesus de
synagoga: intrauit i domũ
symonis. Socrus autẽ symonis:
tenebatur magnis febribus. Et
rogauerunt illum: pro ea. Et stãs
super illam imperauit febri: et di
misit illam. Et ẽtinuo surgẽs: mi
nistrabat illis. Cum sol autem oc
cidisset: oẽs qui habebãt infirmos
variis lãguoribꝰ ducebãt illos ad
eũ. At ille singulis manꝰ iponẽs:
curabat eos. Exibant autẽ demo
nia a multis: clamantia et dicẽtia
quia tu es filius dei. Et increpãs nõ
sinebat ea loqui: quia sciebãt ipsum
esse christum. Facta aũt die: egres
sus ibat in desertũ locum. Et tur
be requirebant eũ: et venerunt vs
q; ad ipsum. Et detinebãt eum: ne
discederet ab eis. Quibus ille ait
Quia et aliis ciuitatibus oportet
me euangelizare: regnũ dei. Cre
do. Offꝝ. Domine deꝰ salutis mee
in die clamaui et nocte coram te:
intret oratio mea in cõspectu tuo
domine alleluya. Secreta.

QUite dñe ẽs spũ sanctũ qui
et hec munera presẽtia tuũ
nobis efficiat sacramẽtũ: & ad hoc
percipiẽdũ nostra corda purificet
ꝑ dñm. in vnitate eiusḋ. Cõio. Nõ
vos relinquã orphanos: veniam
ad vos iterũ allã et gaudebit cor
vestrum alleluya allã. Postcõio.

QUesumus dñe diuinũ
tua sancta feruorem quo eo
rum pariter et actu delectemur et
fructu. ꝑ dominum nostrum.

In die sancte trinitatis. Offm.

BEnedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas cõfitebimur et q; fecit nobiscũ miam suã. Benedicamus patrẽ & filium cũ sancto spiritu. Nõ dicit vltererius. Dñe.

OMnps sempiterne deꝰ qui dedisti famulis tuis in ꝓfessione vere fidei eterne trinitatis gliam agnoscere: & in potẽtia maiestatis adorare vnitatem: ꝙs vt eiusdem fidei firmitate ab oĩbus semp muniamur aduersis. In qua viuis et regnas deus. Per. Lectio libri apocalipsis vti iohãnis aplĩ. viij.

IN diebus illis Vidi ostium apertũ in celo: et vox prima quã audiui tãq; tube loquẽtis mecũ dicẽs. Ascẽde huc: et ostendã tibi que oportet fieri cito. Statim fui in spũ. Et ecce sedes posita erat in celo: et sup̃a sedem sedens. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis. Et yris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quattuor. Et sup̃ thronos viginti quattuor seniores sedẽtes circũamicti vestimẽtis albis: & in capitibꝰ eor̃ coronc auree. Et de throno procedebant fulgura: et voces et tonitrua. Et septẽ lãpades ardentes ante thronũ: qui sũt septẽ spiritus dei. Et in cõspectu sedis tanq; mare vitreũ: simile cristallo. Et in medio sedis & in circuitu sedis: quattuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primũ: simile leoni. Et secũm animal: simile vitulo. Et tercium animal: habens faciẽ quasi hois. Et quartum animal: simile aquile volanti. Et quattuor aĩalia: singula eor̃ habebant alas senas. Et in circuitu et intus: plena sunt oculis. Et requiẽ nõ habebãt: die ac nocte dicentia. Sanctus sctũs sctũs/dñs deus opͣs: qui erãt/ et qui est/ et q ventur⁹ est. Et cũ darent illi animalia gloriã et honorẽ et benedictionẽ sedenti super thronũ viuenti in scla seculor̃: ꝓcidebãt viginti quattuor seniores ante sedentem in throno. Et adorabãt viuentẽ in scla seculor̃. Ry. Benedictus es dñe qui intuetis abyssos: et sedes super cherubin. ℣. Bñdicite deũ celi: quia fecit nobiscũ miam suam. Alleluya. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ nostror̃um et laudabilis in secula. Sequentia.

BEnedicta sit beata trinitas deitas eterna pariter coequalis glia. Deus genitor nat⁹ genitus cũ sacro pneumate pmanẽs super oẽ qd̃ ertat. Quibus est vna semp voluntas et a se discrepat haud vnq; triplicata persona Nã cõstat deitas vna nomĩ tres deos diuisa qd̃ fides fatetur a ꝓpria orthodoxe debita. Hec nãq; pellit delicta patriã reddit serenã q̃ dulcẽ iubilant agmina symphoniam celica. Alti throni vestigia imitantur stolis cãdidata. Operiuntur⁹q; binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gra dei superademus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis mancat post funera soria. Ultimoq; pacto discrimie polsimus alto mox perfrui palatio. Quo ysplcua flagrat lux accensa cõstãti flãma q̃ deus est visus nostra et salus eterna. Angelor̃ que

illustrat fortiter pectora. Ut in xpo solo sua defigãt lumina. Hec nãq; est sitis illa flagrãs quã tũc sitiẽt anime sctõr vel corpora. Cũ fuerint data perpetua eis pro nobis a iudice ꝓmia. Sctõm ioh. tĳ.

IN illo tpe: Erat hõ er phariseis nichodem⁹ nomine: ꝓnceps iudeor. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi / scimus q; a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit de⁹ cũ eo. Respõdit iesus: et dixit ei Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis nat⁹ fuerit denuo / nõ potest videre regnũ dei. Dixit ad eũ: nichodem⁹. Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nunquid potest in vẽtrem matris sue iterato introire / & renasci? Rñdit iesus. Amen amẽ dico tibi: nisi qs renat⁹ fuerit er aqua et spũ sctõ / non potest introire in regnũ dei. Qõ natũ est er carne: caro est. Et qõ natũ est er spũ: spũs est. Non mireris q; dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat et vocẽ ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis: qui nat⁹ est er spũ. Respõdit nichodem⁹: & dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Rñdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel / & hec ignoras? Amen amẽ dico tibi: q; quod scimus loquimur / et quod vidimus testamur / & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis et nõ creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascẽdit in celũ: nisi qui descẽdit de celo / filius hois qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpẽtẽ i deserto: ita exaltari oportet filiũ hois. Ut ois qui credit i ipsũ nõ pereat: sed habeat vitã eternã. Oratio. Bñdict⁹ sit deus pater vnigenitusq; dei filius sanctus quoq; spirit⁹: q; fecit nobiscũ misericordiã suã. Secreta.

SAnctifica qs dñe de⁹ trinitas sãcta: per tui sãcti nominis inuocationẽ huius oblationis hostiã: et per eã nosmetipsos tibi pfice munus eternũ. Quibius Prefatio. Q; cũ vnigenito. Cõio. Benedicimus deũ celi & corã oib⁹ viuentibus confitebimur et: q; fecit nobiscũ misericordiã suã. Poste.

PRoficiat nobis ad salutem corporis et anime dñe deus noster huius sacramẽti susceptio et sẽpiterne sãcte trinitatis eiusdẽq; indiuidue vnitatis cõfessio. In qua viuis & regnas de⁹ Per. Per totã ebdo. fiat mẽo. ỹ triñ. ad missã de die: nisi in festo corporis xpi. & dr missa de triñ. qñ de triñ. fit seruitiũ / nisi mis. Sal⁹ populi dicenda fuerit per ebdo. ¶ In festo corporis xpi. Ad missã. Offm.



Iauit eos er adipe frumẽti allã / et de petra mel le saturauit eos allã allã allã. p. Exultate deo adiutori nõ: iubilate deo iacob. Kyrie kõs. or. Deus qui nobis sub sacramẽto mirabili passiõis tue memoriã reliqsti: tribue qs ita nos corpor⁹ & sãguinis tui sacra misteria venerari: vt redẽptionis tue fructũ in nobis iugiter sẽtiamus Qui vi. & reg. cũ ỹ. Adcorin. i. xi.

FRatres: Ego enim accepi a dño quod et tradidi vobis: q; dñs iesus in qua nocte trade-

batur accepit panē / et gras agēs fregit & dixit. Accepite & manducate. Hoc est corp⁹ meū: qđ pro vobis tradet. Hoc facite: i meā ꝛmemorationē. Similiter et calicem: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū testamentū est: in meo sanguine. Hoc facite q̄tiēscūq̄ sumitis: in meā ꝛmemorationē Quotiēscūq̄ enī māducabitꝭ panē hūc et calicē bibetis: morte dñi annūciabitis donec veniat. Itaq̄ q̄cūq̄ manducauerit panē vel biberit calicē dñi īdigne reus erit corporis et sanguinis dñi Probet autē seipsū hō: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enī manducat et bibit indigne: iudicium sibi māducat et bibit / nō dijudicans: corp⁹ dñi. ℟. Oculi oīm in te sperant dñe: & tu das illis escā in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manū tuā et iples oē aīal bñdictione. Allā. ℣. Caro mea vere est cibus: & sanguis me⁹ vere est pot⁹ / q̄ māducat meā carnē et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo. Secq̄.

LAuda syon saluatorem lauda ducem et pastorē in hymnis et cāticis Quantū potes tantum gaude q̄ maior oī laude nec laudare sufficis. Laudis thema spetialis panis viuus et vitalis hodie ꝓponit. Quē in sacre mēsa cene turbe fratrū duodene datum nō ambigit. Sit laus plena sit sonora sit iocūda sit decora mentis iubilatio. Dies enī solennis agit in qua mense prīma recolit hui⁹ institutio. In hac mēsa noui regis nouū pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatē nouitas vmbrā fugat veritas noctem lux illuīat. Qđ in cena xps gessit faciēdū hac erp̄ssit i sui memoriā


Docti sacris institutis panē vinū in salutis cōsecram⁹ hostiā. Dogma datur xp̄ianis q̄ in carnē trās sit panis et vinū in sāguinē. Q̄d non capis q̄d non vides aīosa firmat fides p̄eter rerū ordinē. Sub diuersis speciēb⁹ signis tm̄ & non rebus latent res eximie. Caro cibus sanguis potus manet tū xps totus sub vtraq̄ specie. A sumente nō cōcisus nō cōfractus nō diuisus integer accipit. Sumit vnus sumūt mille q̄tum isti tm̄ ille nec sūptus cōsumitur. Sumunt boni sumūt mali sorte tm̄ inequali vite vel interitus: Mors est malis vita bonis vide paris sūptionis q̄ sit dispar exitus. Fracto demū sacramēto ne vacilles sed memento tm̄ esse sub fragmento q̄tū toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tm̄ fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur Ecce panis angelor⁹ factus cibus viatorū vere panis filior⁹ nō mittendus canibus. In figuris p̄figuat cū ysaac imolat agn⁹ pasche deputatur datur māna patribus Bone pastor panis vere iesu nfi miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre i terra viuentiū. Tu q̄ cūcta scis et vales q̄ nos pascis hic mortales tuos ibi cōmensales coheredes et sodales fac sanctor⁹ ciuiū. S. iohannem. vi.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeorū. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo propter patrē Et qui māducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo des-

lēdit. Nō sicut mādducauērt p̄res vī māna: & mortui sūt. Qui mā ducat hūc panē: viuet i eternum'. Offr. Sacerdotes dñi icēsū & p̄s nes offert deo/& ideo scti erūt deo suo/& nō polluēt nomē eius aliā.

Ecclesie tue q̄s dñe Secreta vnitatis & pacis p̄pici⁹ do na: q̄rede q̄ sub oblatis munerib⁹ mystice designātur. p̄ d. p̄fa. Mq̄ p incar. Hec p̄fa. dē p totas oct. qu de oct. fit seruitiū. & i q̄mēoratiōe eiusdē per totū annū. Cō. Quo tiēscūq̄ mādducabitis panē hūc et calicē bibetis/mortē dñi annūcia bitis donec veniat: itaq̄ quicūq̄ mādducauerit panē vel biberit ca licē dñi indigne/ reꝰ erit corporis et sanguinis dñi allā. Postcōio.

Hac nos q̄sumus dñe diuini tatis tue sēpiterna fruitio ne repleri: quā p̄cioli corporis & sanguinis tui/ tp̄alis perceptio p figurat. Qui viuis. Per totā eb do. dē eadē missa q̄n de octa. fit sce uitium: sed siue sequētia/ & Credo vbi fiūt oct. cū regimine chori dē scō. Ecce panis ange. quotidie p oct. & in oc. q̄n d̄ oc. fit mis. ¶ Dñi ca. i. post festū scte trinitatis. Dī.



Omine in tua mi sericordia speraui exultauit cor meū in salutari tuo cā tabo dño qui bo na tribuit michi. p. Usq̄quo dñe obliui sceris me in finē: vsq̄ quo auertis faciem tuam a me. Dño.

Deus in te sperantiū fortitu do/adesto p̄propicius inuo cationibus nostris: & q̄ sine te ni chil potest mortalis infirmitas: p sta auxilium gratie tue: vt in exe quēdis mādatis tuis/& volūtate tibi et actione placeamus. Per d.

Mēoria de trinitate fiat oīb⁹ do minicis vsq̄ ad aduē. dñi/nisi q̄n aliqua dñica oīno differatur. Nō tandē est q̄ q̄n dupler festū p̄ esta tē in dñica p̄ligerit: nulla de dñi ca fiet mēoria. licet aliq̄n p̄ neces sitatē facta fuerit ad vesperas et matutinas sub silētio. vt alias di ctū est. s̄z q̄n fit de aliquo festo. ix. lec. in dñicis: sēper fiat mēoria de dñica et de trinitate ad missā q̄n ad vesperas et ad matutinas fctē fuerit mēoria. ¶ Lectio epp̄stole beati iohannis ap̄ostoli. i. iiij. ca.

Karissimi: Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis: q̄n filiū suū vnigenitū misit deus in mūdū/ vt viuamus per eū. In hoc est caritas nō qua si nos dilexerim⁹ deū: sed q̄n ipse p̄ior dilexit nos/& misit filiū su um p̄piciationē p peccat̄ nostris Karissimi/ si deus dilexit nos: et nos debem⁹ alterutrum diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diliga mus inuicē: de⁹ in nobis manet/ et caritas ei⁹ in nobis perfecta est In hoc intelligim⁹ q̄n in eo ma nemus et ipse in nobis: q̄n de spū suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: q̄n pater misit fi lium suū saluatorē mūdi. Quis quis p̄fessus fuerit q̄n iesus est fi lius dei: de⁹ in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouim⁹ & credim⁹ caritati: quam habet deus in no bis. Deus caritas est. Et qui ma net in caritate: in deo manet & de us in eo. In hoc perfecta est cari tas nobiscum: vt fiduciam habea mus in die iudicij / quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate: sed per fecta caritas foras mittit timorē/ quoniam timor penam habet.

Qui aut̄ timet: nō est ꝑfectus in caritate Nos ergo diligamus deū qm̄ ipse ꝓior dilexit nos. Si q̄s dixerit qm̄ diligo deū et fratrē suū oderit: mēdax est. Qui enī nō diligit fratrē suū quē videt: deū quē nō videt quō potest diligere? Et hoc mādatū habem⁹ a deo: vt qui diligit deū: diligat et fratrē suū. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. sana aiam meā q̄ peccauī tibi. ℟. Btūs q̄ itelligit sup egenū ⁊ pauperē in die mala liberabit eū dñs Allā. ℣. Verba mea auribꝰ percipe dñe intellige clamorem meum Nulla dī lc̄ꝯ. qñ dc̄ do. agit vsq ad aduentū dñi. Sc̄ōm lucā. xvi.

IN illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis: parabolam hanc Homo quidā erat diues: ⁊ induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendidē. Et erat q̄dā mendicus nom̄e lazarꝰ: q̄ iacebat ad ianuā eius vlceribꝰ plenꝰ cupiens saturari de missis q̄ cadebāt de mensa diuitis/et nemo illi dabat. Sed et canes veniebāt: et lingebant vlcera eius. Factū est aūt vt moreret mēdicus: ⁊ portaretur ab angelis in sinū abrahe Mortuꝰ est aūt ⁊ diues: et sepultus est in inferno Eleuās aūt oculos suos cū esset in tormentis: vidit abrahā alonge/et lazarū in sinu eius. Et ipe clamās dixit. Pater abrahā miserere mei: et mitte lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquam/vt refrigeret linguā meā/q̄ crucior in hac flāma Et dixit illi abrahā. Fili recorda re q̄ recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Nūc autē hic ꝓsolat̄: tu vero cruciaris. Et ī his oībus inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatū est: vt hi qui volūt hinc trāsire ad vos nō possint. neq; inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pr̄: vt mittas eū in dom̄ū patris mei Habeo enī quīq; frēs: vt testet illis ne et ipsi veniāt in locum hūc tormentoꝝ. Et ait illi abrahā. Habēt moysē ⁊ pphetas: audiāt illos. At ille dixit Nō pater abrahā: sed si q̄s ex mortuis ierit ad eos/penitentiā agēt Ait aūt illi. Si moysē ⁊ pphetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Offr. Intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Secreta.

DEus qui nos ad ymaginē tuā cōditos /⁊ sacramentis renouas ⁊ p̄ceptis: supplicū p̄ces et munera benignus accepta vt q̄ fiducia nō habet meritoꝝ placationes obtineāt hostiaꝝ. ℣. Cō. Narrabo oia mirabilia tua letabor et exultabo in te/psalliam nomini tuo altissime. Postcōio.

AUtis dñe repleti muneribus/p̄esta q̄s: vt ⁊ salutaria dona capiamus/et a tua nūq; laude cessemus. Per dō. Cfer. nō Lcō evle beati petri apli. ỹ. i. ca.

CArissimi: Notā facimus vobis dñi nostri ihesu xpi virtutē ⁊ pscientiā: speculatores facti ipsius magnitudinis. Accipiens enī a deo patre honorē ⁊ gloriā voce delapsa: ad eum huiusce modi a magnifica glia. Hic est filius meꝰ dilectꝰ in quo michi bene ꝓplacui: ipsū audite. Et hāc votē nos audiuimus de celo allatā: cū essemus cū ipso in mōte sācto. Et habemus firmiorē p̄phetīcum sermonē cui bene facitis attēdentes: quasi lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies elucescat

et lucifer oriatur in cordibus veſtris Secundum matheum. v. ca.

IN illo tpe: Dixit ihēſus diſcipulis ſuis Nolite putare: q̄ veni ſoluere legem aut prophetas. Nō veni ſoluere: ſed adimplere. Amen q̄ppe dico vobis: donec trāſeat celū & terra/iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege donec oīa fiāt. Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis et docuerit ſic hoīes: minimus vocabitur in regno celorū. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

Dñica ſcda. Ad miſſā. Officiū.

EXact⁹ eſt dñs ꝓtector meus et eduxit me i latitudinē ſaluū me fecit q̄m voluit me. ℣s. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū et refugiū meū et liberator meus. Glia. Oratio.

SAncti nois tui dñe timorē pariter et amorē fac nos habere ꝑpetuū: q̄ nunq̄ tua gubernatione deſtituis/quos i ſolidita te tue dilectionis inſtituis. Per. Eōē epl̄e beati iohānis apl̄i. i. iij. ca.

CArissimi: Nolite mirari: ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus q̄m trāſlati ſumus de morte ad vitā: q̄m diligimus fres. Qui nō diligit: manet in morte. Dis q̄ odit fratrē ſuū: homicida eſt. Et ſcitis q̄m oīs homicida: non habet vitā eternā in ſe mamentē In hoc cognouimus caritatē dei: q̄m ille pro nobis aīam ſuā poſuit/et nos debemus pro fratribus aīas ponere. Qui habuerit ſubſtantiā huius mundi & viderit fratrē ſuū neceſſitatē patientem & clauſerit viſcera ſua ab eo: quō caritas dei manet in eo? Filioli mei: non diligam⁹ verbo neq̄ lingua: ſed opē et veritate. Gr. Ad dñm cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. ℣. Dñe libera aīam meā a labijs iniq̄s: et a lingua doloſa. Allā. ℣. Deus iudex iuſtus fortis et patiēs: nūquid iraſcitur per ſingulos dies. Secundum lucam. xiiij.

IN illo tpe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Homo quidā fecit cenā magnā: et vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuū: hora cene dicere inuitatis vt venirent/q̄ iā parata ſunt oīa. Et ceperūt ſimul oēs excuſare. Primus dixit illi. Villā emi: et neceſſe habeo exire/et videre illā. Rogo te: habe me excuſatum Et alter dixit. Juga boū emi q̄nq̄: et eo probare illa. Rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit Uxorē duxi: et ideo nō poſſum venire. Et reuerſus ſeruus: nūciauit hec dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias: dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles/cecos et claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Dñe factū eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi in vias et ſepes & cōpelle intrare: vt impleatur dom⁹ mea Dico autē vobis: q̄ nemo virorū illorū qui vocati ſūt: guſtabit cenā meā. Offy. Dñe conuertere et eripe aīam meā: ſaluū me fac propter miſericordiā tuam. Secreta

OBlatio nos dñe tuo noī dicanda purificet: et de die i diē ad celeſtis vite trāſferat actionē ℣ Cō. Cantabo dño q̄ bona tribuit mihi: et pſallam noī dñi altiſſimi

SImptis dñe mune ꝑpoſcō. Scrib⁹ ſacris q̄s/vt cū frequētatione miſterij/creſcat noſtre ſa

lutis effectus. Per dñm nostrum

¶ Feria.iij. Ad ephesios.iiij.ca.

FRatres: Hoc dico & testificor in dño: vt iā non ambuletis sicut & gētes ambulāt in vanitate sēlus sui/tenebris obscuratū habentes intellectū/alienati a vita dei per ignorantiā q̄ est i illis ꝓpter cecitatē cordis ipsoꝝ. Qui desperantes semetipsos tradiderūt impudicicie: i operationē immūdicie/oīs i auariciā. Vos autem nō ita didicistis xp̄m: si tamē illū audistis & in ipso edocti estis sicut est veritas in ihesu xp̄o. Deponite vos scōm pristinā cōuersationē veterē hominē: qui corrumpitur scōm desideria erroris. Renouamini autē spiritu mētis vestre: et induite nouū hominē/qui secū dū deū creatus est in iusticia et sācticate & veritate. In christo ihesu: dño nostro. Scōm matheū .xxi.

IN illo tpe: Cū intrasset ihesus in tēplū: accesserunt ad eum principes sacerdotum et seniores populi dicētes. In qua potestate hec facis: et quis dedit tibi hāc potestatē? Rñdens ihesus: dixit illis. Interrogabo vos & ego vnū sermonē: quē si dixeritis michi & ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis vnde erat: de celo/an ex hominibus? At illi cogitabant intra se: dicentes. Si dixerim⁹ de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbā. Omēs enim habebant iohannē: sicut ꝓphetā. Et respōdētes ihesu: dixerūt Nescimus. Ait illis et ipse. Neq; ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Vnica tercia post trinitatem. Ad missam. Officium.

RESpice in me & miserere mei dñe q̄m vnicus et pauper sū ego: vide hūilitatē meā & laborē meū & dimitte oīa pcta mea de⁹ meus. ℣. Ad te dñe leuaui aiaz meā: de⁹ me⁹ in te cōfido nō erubescā. oꝛ

DEpcationē nostrā q̄s dñe benign⁹ exaudi: et quib⁹ supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. Per. Lectio epyſtole beati petri apostoli. i. vlti.

CArissimi: Hūiliamini sub potētī manu dei: vt vos exaltet in tpe visitationis. Omnem sollicitudinē vestrā ꝓijcientes in eū: q̄m ipsi cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: q̄z aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoꝛet. Cui resistite fortes in fide: scientes eādem passionē ei que in mūdo est vestre fraternitati fieri. Deus aūt oīs gratie qui vocauit nos in eternā suā gloriā /i xp̄o ihesu modicū passos: ipse perficiet cōfirmabit solidabitq;. Ipsi glia & ipiū: in secla seculoꝝ. Amē. Jacta cogitatum tuū i dño & ipe te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā ab his q̄ appꝛopiquāt michi. Allā. ℣. Diligā te dñe virt⁹ mea: dñs firmamētū meū & refugium meū & liberatoꝛ me⁹. S. lucā. xv.

IN illo tpe: Erāt appꝛopiquātes ad ihesū publicani et peccatoꝛes: vt audirent illū. Et murmurabant scribe et pharisei dicētes: q̄z hic peccatoꝛes recipit & māducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam: dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et si perdiderit vnā ex illis nonne dimittit nonagintanouē i deserto/et vadit ad illam q̄ perierat do

nec inueniat illā? Et cū fuenerit eā:ipsuit in humeros suos gaudens. Et veniens domū:cōuocat amicos et vicinos dicēs illis. Cōgratulamini mihi:qz inueni ouē meā q perierat. Dico vobis q ita gaudiū erit ī celo sup vno pctōre penitētiā agēte:q̄ supra nonaginta nouē iustis q̄ nō indigent penitentia. Aut q̄ mulier habēs drag-mas decē/si perdiderit vnā/nonne accēdit lucernā ⁊ euerrit domū et querit diligēter donec fueniat eam? Et cum inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: qz inueni dragmā quā ydiderā. Ita dico vobis:gaudiū erit in celo cora angelis dei super vno pctōre: penitentiā agēte Dñe. Sperēt in te oēs qui nouerunt nomen tuū dñe q̄m nō derelinquis querētes te: psallite dño qui habitat in syon q̄m non est oblitus oratione pauperū. Secr.

MUnera tibi dñe q̄s oblata sctifica:vt tui nobis vnigeniti corp⁹ ⁊ sanguis fiat ad medelā. Qui te. Cō. Ego clamaui q̄m exaudisti me de⁹:inclina aurē tuā et exaudi verba mea. Postcōio.

SAcris dñe muneribꝰ preceptis q̄s:vt nos eorū virtute et a vitijs oībus expies et donis gratie tue iugiter repleas. Per dñm.

CFeria.iij.ad timotheū.ij.iij.

QAriſſimi: Dñs michi astitit ⁊ confortauit me:vt per me p̄dicatio adimpleat. Et audiāt oēs gētes qz liberatus sum de ore leonis ope malo:et saluum faciet in regnū suū celeste. Ipsi glia in scla seculoꝝ amen. S. matheū. v.c.

IN illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Esto cōsentiens aduersario tuo cito dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius iudici/⁊ iudex tradat te ministro/⁊ i carcerē mittaris. Amē dico tibi nō exies inde:donec reddas nouissimū q̄drantē. Audistis qz dictū est antiqs:nō mechaberis. Ego aūt dico vobis:qz oīs qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā/ia mechatus est eā in corde suo. Mō si oculus tuus dexter scādalizat te:erue eū et pjce abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū mēbroꝝ tuoꝝ:q̄ totū corpus tuū eat in gehennam

CDñica quarta. Ad missā. Offm

DOminus illuminatio mea et salꝰ mea quem timebo: dñs defensor vite mee a quo trepidabo qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sūt ⁊ ceciderūt ps. Si consistant aduersū me castra:non timebit cor meū. Oratio

PRotector in te sperātiū deꝰ sine q̄ nichil est validū nichil sctm multiplica sup nos miam tuā:vt te rectore te duce sic trālea mus per bona thalia/vt nō amittamus eterna. P. Ad rom̄. viij.ca.

FRatres: Existimo enī q̄ nō sunt cōdigne passiones huius tpis:ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filiorū dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est nō volens:sed ppter eū qui subiecit ī spē. Qz ipa creatura liberabit a seruitute corruptionis:in libertatē glie filiorum dei. Scimus enī q̄ oīs creatura ingemiscit: et parturit vsq̄ adhuc. Non solū autē illa: sed et nosipsi p̄mittas spūs habētes/⁊ ipi intra nos gemimus adoptionē filiorum dei expectātes redēptionē corpis nostri Ihu xpo ihesu:dño nr̄o. Qui.

ꝓpicī esto dñe pctis nr̄is: neqñ dicāt gētes vbi est deꝰ eoꝝ? ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: & ꝓpter honorē nominis tui libera nos. Allā. ℣. Dñe i virtute tua letabit̄ rex: & sup salutare tuū exultabit vehemēter. Scōz lucā. xvi

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericozdes: sicut & pater vester misericozs est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite cōdemnare: et non condemnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date/et dabit̄ vobis. Mēsurā bonā & coagitatā & supefluētē: dabūt in sinū vestrum. Eadē vero mēsura qua mēsi fueritis: remetietur vobis. Dicebat aūt illis: & similitudinē. Nūquid potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueā cadūt? Nō est discipulus: super magistrū. Perfectus aūt omis erit: si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā i oculo fratris tui: trabē aūt q i oculo tuo est nō ꝯsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo/ frater sine ejiciā festucā de oculo tuo/ipse in oculo tuo trabē nō vidēs? Hypocrita/ejice ꝑmū trabē de oculo tuo: & tūc pspicies vt educas festucā de oculo fratris tui. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdozmiā i mozte/ neqñ dicat inimicus meꝰ ꝑualui aduersꝰ eū. Secr.

REspice dñe ꝙs munera supplicātis ecclīe: & saluti credētiū ꝑpetua sctificatiōe sumēda cōcede. ꝑ. Cō. Dñs firmamētū meū et refugiū meū & liberatoz meus: deus meus adiutoz meꝰ. ℣ Postcō.

SAncta tua nos domine sumpta viuificēt: & misericozdie sp̄iterne ꝑparent expiatos. ℣er.

C Feria quarta. Lectio epł̄e beati Iohānis apostoli. i. ca.

QUiciīmi: In hoc scimꝰ quoniā cognouimus deū: si mādata eius obseruemus. Qui dicit se scire eū & mādata eiꝰ nō seruat: mēdax est/ & in hoc veritas nō est Mā qui custodit verbū eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimꝰ: qm̄ in ipso sumꝰ. Qui dicit se in eo manere: debet quēad modū ille ambulauit: et ipse ambulare. Secundū matheum. xvii

IN illo tpe: Interrogauerūt discipuli iesū. dicētes Quid scribe dicunt: q̄ helyam opozteat ꝓmū venire? At ille respondēs: ait eis. Helyas quidē ventur̄ est: et restituet omnia. Dico aūtē vobis q̄ helyas iam venit: et nō cognouerūt eum/ sed fecerunt in eo quecūq̄ voluerunt. Sic et filiꝰ hominis: passurus est ab eis. Tunc intellexerūt discipuli: q̄ de iohāne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eū hō genibus ꝓuolutꝰ ante eū dicēs Dñe/miserere filio meo: q̄ lunaticus est & male patit̄. Mā sepe cadit in ignē et crebzo in aquā: & obtuli eū discipulis tuis/et non potuerunt curare eū. Respōdēs autē iesus: ait. O generatio incredula et puersa: quousq̄ ero vobiscū/ vsq̄quo patiar vos? Afferte hūc illū ad me. Et increpauit eū iesꝰ: et exijt ab eo demonium/ et curatus est puer: ex illa hozа. C Cētera quinta. Ad missam Officium.



Audi dñe vocē meam qua clamaui ad te: adiutoz meꝰ esto ne derelinquas me/ neq̄ despicias me deus salutaris meus. ℣s. Dñs illuminatio mea: et salꝰ mea quem timebo? Gloria. Oratio.

DA nobis qs dñe vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua trāquilla deuotione letet. Per.

Lectio epīe beati petri apli. i. iij. ca.

CArissimi: Dñs vnanimes in oratione estote: cōpatientes fraternitatis amatores/misericordes/modesti/humiles. Nō reddentes malū p malo: vel maledictū p maledicto sed ecōtrario būdicētes. Qz in hoc vocati estis: vt būdictionē hereditate possideatis. Qui enī vult vitā diligere et videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo/et labia ei⁹ ne loquant dolū. Declinet aūt a malo & faciat bonū: inqrat pacē & sequat eā. Qz oculi dñi sup iustos: et aures ei⁹ in pces eoz̄. Vultus autē dñi sup facientes mala. Et qs est q̄ vobis noceat/si bont emulatores fueritis? Sed & si q̄d patimini ppter iusticiā: beati. Timorē aūt eoz̄ ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dñm aūt xpm sctificate; in cordibus vestris. Gl. Protector noster aspice deus: et respice sup seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutū exaudi pces seruoz̄ tuoz̄ū. Allā. ℣. In te dñe speraui nō cōfūdar i eternū: in tua iusticia libera me & eripe me/inclina ad me aurē tuā accelera vt eripias me. S. lucā. v. ca

IN illo tpe: Cū turbe irruerent ad ihesū vt audirēt verbū dei: & ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores aūt descenderāt et lauabāt rethia. Ascendēs aūt in vnā nauim que erat symonis: rogauit eū vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas Vt cessauit aūt loqui: dixit ad symonē. Duc in altum: et laxate rethia vestra in capturā. Et respondens symon: dixit illi. Preceptor/per totā noctē laborantes nichil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rethe. Et cū hoc fecissēt: cōclusserunt piscū multitudinē copiosā. Rūpebat aūt rethe eoz̄ū: & annuerūt sociis q̄ erāt in alia naui/vt venirēt & adiuuarent eos. Et venerūt/& ipleuerūt ābas naiculas: ita vt pene mergerent. Quod cū videret symon petrus: procidit ad genua ihesu dicēs. Exi a me: qz homo pctōr sū dñe. Stupor enim circūdederat eū: et oēs qui cū illo erant in captura piscū quā ceperant. Similiter autē iacobū et iohannē filios zebedei: q̄ erāt socij symonis. Et ait ad symonē ihesus. Noli timere: exhoc iam hoīes eris capiens. Et subductis ad terrā nauib⁹: relictis oīb⁹ secuti sūt eū. Offr. Būdicā dñm q̄ tribuit michi intellectū: prouidebā deum in cōspectu meo sēp qm̄ a dextris est mihi ne commouear. Secreta.

SAncte tās qs dñe pces humilitatis nostre in cōspectu clemētie tue et descēdat sup hec obla ta virt⁹ tue diuinitatis: quā nris quoq purificādis mentibus largiaris. Per ō. Cōio. Anā petij a dño hāc requā vt inhabitē i domo dñi oībus diebus vite mee. Postcō.

QUaterna nos dñe qs sctā purificēt: & suo munere tueant. Per. Epist. nij. Ad thim. i. ij. ca.

CArissime: Obsecro primum oim fieri obsecratiōes/oōnes/postulationes/gr̄arū actiones: pro oībus hoībus. Pro regibus et oībus qui in sublimitate sūt cōstituti: vt quietā et trāquillam vitam agamus in oi pietate

et caſtitate. Hoc enī bonū eſt & acceptū coꝝ ſalvatoꝛe nr̄o deo: qui oēs hoies vult ſaluos fieri et ad agnitionē veritatis venire. Vn⁹ enim deus: vnus et mediatoꝛ dei et hominū/ hō xp̄s ieſus q̄ dedit redēptionē ſemetipſū p̄ oīb⁹. Cui⁹ teſtimoniū tp̄ibus ſuis ꝯfirmatū eſt: in quo poſit⁹ ſū ego p̄dicatoꝛ et apoſtolus. Veritatem dico non mentioꝛ: doctoꝛ gentiū in fide et veritate. Secundum Lucam. vij.

IN illo tp̄e: Factū eſt in vna dieꝝ: et ieſus aſcēdit in nauiculā et diſcipuli eius. Et ait ad illos. Trāſfretemus trās ſtagnum Et aſcenderūt. Nauigantib⁹ autem illis: obdoꝛmiuit. Et deſcendit procella venti in ſtagnū: & cōpleb̄atur fluctib⁹ et periclitab̄atur. Accedentes autem: ſuſcitauerūt eū dicentes. P̄ceptoꝛ / perimus. At ille ſurgens / increpauit vētū & tēpeſtatē aque: & ceſſauit. Et facta eſt trāquillitas. Dixit aut̄ illis. Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſūt adinuicem: dicētes Quis putas hic eſt? Qꝛ & vēti imperat & mari: et obediūt ei.

Dñica ſexta Ad miſſā Officiū.

OMnip⁹ coꝛtitudo plebis ſue & p̄tectoꝛ ſalutariū xp̄i ſui ē: ſaluuz fac populū tuū dñe et b̄ñdic hereditati tue / et rege eos vſq; in ſeculum. ℣. Ad te dñe clamabo deꝰ meus ne ſileas a me: ne quando taceas a me / et aſſimilab̄oꝛ deſcendentibus in lacū. Oꝛo.

DEus qui diligentibus te bona inuiſibilia ꝓparaſti: infunde coꝛdibus noſtris tui amoris affectū: vt te in oīb⁹ & ſuper oīa diligentes: p̄romiſſiones tuas q̄ omne deſideriū ſuperāt cōſequamur. P̄er. Ad romanos. vj.c.

FRatres: Quicūq; baptizati ſumus in xp̄o ieſu: in moꝛte ipſius baptizati ſumus. Cōſepulti enim ſum⁹ cū illo per baptiſmū i moꝛtē: vt quomodo ſurrexit xp̄s a moꝛtuis p gloꝛiā p̄t̄is/ ita & nos in nouitate vite ambulemus Si enī ꝯplātati facti ſum⁹ ſimilitudini moꝛtis eius: ſimul et reſurrectionis erim⁹. Hoc ſciētes: qꝛ vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur coꝛp⁹ p̄ctī/ vt vltra nō ſeruiamus p̄ctō. Qui enim moꝛtuus eſt: iuſtificat⁹ eſt a p̄ctō. Si aūt moꝛtui ſumus cū xp̄o: credimus q̄ ſimul etiā viuemus cum xp̄o. Scientes q̄ xp̄s reſurgens ex moꝛtuis iā nō moꝛit̄: moꝛs illi vltra nō dñabit̄. Mō enim moꝛtuus eſt p̄ctō: moꝛtu⁹ eſt ſemel. Quod aut̄ viuit: viuit deo. Ita et vos existimate vos moꝛtuos quidem eſſe p̄ctō: viuētes aūt deo. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. ℣. Cōuertere dñe aliq̄tulū & deplicare ſup ſeruos tuos. ℟. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a gñatiōe & p̄genie. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis deꝰ meus & ab inſurgētib⁹ in me libera me. S. mat. v

IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē dico vobis: Niſi abundauerit iuſticia veſtra plus q̄ ſcribaꝝ & phariſeoꝝ: nō introibitis in regnū celoꝝ. Audiſtis q̄ dictum eſt antiquis: non occides. Qui aūt occiderit: reus erit iudicio. Ego aut̄ dico vobis: q̄ oīs qui iraſcit fratri ſuo / reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri ſuo racha: reus erit ꝯſilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munꝰ tuum ad altare: et ibi recoꝛdat⁹ fueris q̄ frater tuꝰ habet aliquid aduer

sum te / relinq̄ ibi munꝰ tuū ante altare/et vade prius reconciliari frī tuo. Et tūc veniēs:offeres munꝰ tuū. Ofᷓ. Perfice gressus meos i semitis tuis vt nō moueant vestigia mea:iclina aurē tuā ⁊ exaudi ba mea:mirifica mias tuas q̄ salvos facis sperātes i te dñe. Secꝝ.

PRopiciare dñe supplicationibus nr̄is: et has oblationes famulorꝝ tuorū benignꝰ assume. vt qđ singuli obtulerūt ad honorē tui nois/cūctis pficiat ad salutē.ꝙ. Cō. Circuibo et imolabo in tabernaculo eiꝰ hostiā iubilationis cātabo ⁊ psalmum dicā dño

QVos celesti dono dñe Dꝰcō. satiasti:presta q̄s/vt a nr̄is mūdemur occultis:⁊ ab hostium liberemur insidijs.ꝙ. Cl̄ Sce.cliij. Lectō epīe beati iohis apl̄i.i.ꝙ ca

QArissimi:scō scripsi vobis quasi ignorantibus veritatē:sed quasi scientibꝰ eā/q̄m oīs mēdacium ex veritate nō est. Quis est mendax/nisi is q̄ credit q̄m iesus nō est xp̄s? Hic est ātixp̄s:q̄ negat patrē et filiū. Dis q̄ negat filiū:nec patrē habet. Qui aūt cōfitet filiū:et patrē habet. Vos qđ audistis ab initio:in vobis ymaneat. Quod si in vobis ymānserit qđ audistis ab initio:et vos i filio et patre manebitis. Et hec est repromissio:quā ipse pollicitus est nobis vitā eternā. ℣ marci.x.ca

INillo tpe: Cū egressus esset iesus in via:pcurrēs quidā genuflexo ante eū : interrogabat eū dicēs. Magister bone:qđ faciā vt vitā eternā accipiam? Jesus autē dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonꝰ:nisi solus deꝰ Precepta nosti: Ille dixit Que: Ne adulteres/ne occidas/non fureris/non falsū testimoniū dixeris/ne fraudē feceris: honora patrē tuū et matrē. Et ille rūdens ait illi. Magister/hec omia obseruaui a iuuentute mea. Jesus aūt intuitus eū dilexit eū:et dixit ei. Unū tibi deest. Vade/vende que cūq̄ habes et da pauperibꝰ:et habebis thesaurū in celo:et veni sequere me. Cl̄ Dnica.vij. Officiū.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Subiecit pplos nobis:⁊ gētes sub pedibꝰ nr̄is. ℟.

DEus virtutum cuius est totum quod est optimum infere pectoribus nostris amorem tui nois / ⁊ presta in nobis religtonis augmētū : vt q̄ sūt bona nutrias:ac pietatis studio q̄ sunt nutrita custodias.ꝙ. Ad rom. vij.ca

FRatres: Humanū dico: propter infirmitatē carnis vestre. Sicut enī exhibuistis mēbra vestra seruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē : ita nunc exhibete mēbra vra seruire iusticie in sctificationē. Cū enī serui essetis pcti:liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructū habuistis tūc i illis: in quibus aūt erubescetis? Mā finis illoꝝ:mors est. Nunc vero liberati a pcto:serui autē facti deo. Habetis fructū vestrū in sctificationē:finē vero vitā eternā. Stipendia enī peccati:mors. Gratia autē dei : vita eterna. In christo iesu : dño nostro. Gꝛ. Venite filij audite me : timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini:et facies vestre nō cōfundētur Alla. ℣. Te decet hymnus deus in syon : et tibi reddetur votū in hierusalē. Scōm marcum. viij.ca

IN illo tpe: Cū turba multa esset cū iesu nec haberent qđ manducarent: cōuocatis discipulis aut illis. Misereor sup turbā q; ecce iā triduo sustinent me: nec habēt qđ māducēt. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam: defi cient in via. Quidā enim ex eis: de longe venerūt. Et respōdērūt ei: discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panib⁹ i solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt. Septē. Et pcepit turbe: discūbere super terrā. Et accipiēs septē panes: gīas agēs fregit & dabat discipulis suis / vt apponerent. Et appo suerūt turbe. Et habebāt piscicu los paucos: et ipsos benedixit / et iussit apponi. Et māducauerunt: et saturati sūt. Et sustulerunt qđ superauerat de fragmentis: septē sportas. Erāt aūt qui māducaue rūt quasi quattuor milia: & dimisit eos. Offr. Sicut in olocaustū arietū & tauroꝝ & sicut in milib⁹ agnoꝝ pinguiū sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo hodie vt cōplaceat tibi q; non est confusio confidentibus in te dñe. Secreta

PRopiciare dñe supplicatio nib⁹ nostris: & has oblationes populi tui benign⁹ assume: & vt nullius sit irritū votū nullius vacua postulatio / pста ꝙs. vt qđ fideliter petim⁹: efficaciter consequamur. p. Cō. Inclina aurē tuā accelera vt eruas nos. Postcōio.

REpleti dñe muneribus tuis tribue ꝙs: vt eoꝝ mūdemur effectu: & muniamur auxilio. Per

¶ Feria.iiij. Ad romanos.viii.c.

FRatres: Nichil nūc damnationis est his qui sūt in xpo ihesu: qui nō scōm carnē ambulant

Lex enim spūs vite in xpo iesu: liberauit me a lege pcti et mortis. Nā qđ ipossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnē de⁹ filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcti. Et de pctō dānauit peccatū i carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis qui nō scōm carnē ambulamus / sed scōm spiritum. Qui enim secundū carnem sunt: que carnis sunt sapiūt. Qui vero secundū spiritū sunt: q̄ sunt spūs sentiunt. Nam prudentia carnis: mors est. Prudentia aūt spūs: vita et pax. In christo iesu: domino nostro. Secundum matheū.xii.c.

IN illo tpe: Abiit ihesus sabbato per sata: discipuli aut eius esurientes / ceperunt euellere spicas et māducare. Pharisei autem videntes: dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt: qđ non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit: & qui cū illo erāt? Quomodo intrauit i domū dei / et panes propositionis comedit quos nō licebat ei edere: neq; his qui cū eo erāt / nisi solis sacerdotib⁹. Aut nō legistis in lege: q; sabbatis sacerdotes in templū sabbatum violant / et sine crimine sūt? Dico autem vobis: q; tēplo maior est hic. Si aūt sciretis qđ est miā volo & non sacrificiū: nūq̄ cōdemnasse tis innocētes. ¶ Dñica.viij.Ps.

SUscepimus de⁹ misericordiā tuā i medio tēpli tui scōd nomē tuum de⁹ ita & laus tua in fines terre iustitia plena est dextera tua. ꝑs. Magn⁹ dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio. DEus cuius prouidentia in

sui dispositione nō fallitur te sup
plices exoramus: vt noxia cuncta
submoueas: & oia nobis pfutura
cōcedas. Per. Ad romanos. vij.

FRatres: Debitores sumus
nō carni: vt scōm carnem vi
uamus. Si enim secūdū carnē vi=
xeritis: moriemini. Si aūt spiritu
sctā carnis mortificaueritis: viue
tis. Quicūq; enī spū dei agūtur:
hi sunt filij dei. Nō enī accepistis
spiritū seruitutis iterū in timore:
sed accepistis spiritū adoptionis
filioꝝ dei: in quo clamamus abba
pater. Ipse enī spūs testimonium
reddit spiritui nostro: q sumus fi
lij dei. Si aūt filij: et heredes. He
redes quidem dei: coheredes aūt
chriſti. Gr. Esto michi in deū p
tectorē et in locū refugij vt saluū
me facias. ℣. Deus in te speraui
dñe nō cōfundar in eternū. Alla. ℣.
Attendite popule meus i legē me=
am. Secundum matheum. vij. c.

IN illo tpe: Dixit ihesus disci=
pulis suis. Attēdite a falsis
prophetis qui veniunt ad vos in
vestimētis ouiū: intrinsecus aūt
sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ:
cognoscetis eos. Nunqd colligūt
de spinis vuas: aut de tribulis fi=
cus? Sic omnis arbor bona: fru=
ctus bonos facit. Mala autem ar
bor: fructus malos facit. Non po
test arbor bona fructꝰ malos face
re: neq; arbor mala fructꝰ bonos
facere. Omis arbor q nō facit fru
ctū bonum excidetur: et in ignem
mittet. Igitur ex fructib⁹ eoꝝ: co=
gnoscetis eos. Nō omis qui dicit
michi dñe dñe/ intrabit in regnū
celoꝝ: sed q facit voluntatē pris
mei qui in celis est/ ipse intrabit
in regnū celoꝝ. Offr. Populum
humilē saluū facies dñe & oculos
superboꝝ humiliabis quoniā tu
deus preter te domine. Secreta.

DEus qui legalium differen
tias hostiaꝝ vnius sacrifi=
cij perfectione sanxisti: accipe sa=
crificium a deuotis tibi famulis
oblatum: et pari benedictione si=
cut munera iusti abel sanctifica/
vt quod singuli obtulerūt ad ma
iestatis tue honorē: cūctis pficiat
ad salutē. p. Cōio. Gustate et vi
dete quoniā suauis est dominꝰ bea
tus vir q sperat in eo. Postcōio.

QUa nos dñe medicinalis o=
peratio & a nostris peruer=
sitatibꝰ clemēter expediat: & ad ea
que sunt recta perducat. Per dñm.

℣ Feria. iiij. Ad romanos. v. ca.

FRatres: Commendat deus
suam caritatē in nobis: qm
eū adhuc peccatores essemus secū
dū tēpus chriſtꝰ p nobis mortuꝰ
est. Multo igitur magis iustifica
ti nunc in sanguine eiꝰ: salui erī=
mus ab ira per ipsum. Si enim cū
inimici essemus reconciliati sumꝰ
deo per mortem filij eius: multo=
magis reconciliati salui erimꝰ in
vita ipsiꝰ. Nō solū autē: sed & glo
riamur in dño. Per ihesū chriſtū:
dñm nostrū. Secundū marcū. ix.

IN illo tpe: Direrūt discipu=
li ad ihesū Magister/ vidimꝰ
quēdā in nomine tuo ejcientē de
monia: et prohibuimus cū/ q nō
sequitur nos. Jesus autem ait il=
lis. Nolite prohibere eum. Nemo
est enim qui faciat virtutē in noīe
meo: et possit cito male loqui de
me. Qui enī nō est aduersū vos:
pro vobis est. Quisquis enim po
tū dederit vobis calicē aque frigi
de in nomine meo q chriſti estis:
amen dico vobis non perdet mer
cedē suam. Et quicūq; scandaliza

nerit vnũ ex his pusillis credenti
bus in me:bonũ est ei magis si circũ
daret mola asinaria in collo ei⁹
et in mare mitteret. Et si scandali-
zauerit te manus tua:abscide il
lã. Bonũ est tibi debilẽ itroire in
regnũ dei:ꝙ duas manus habẽtẽ
ire in gehẽnã in ignẽ inrtinguibi
lẽ/vbi vermis eorũ nõ morit̃ur et
ignis nõ extinguit̃. Et si pes tuus
scandalizat te: ãputa illũ. Bonũ
est tibi claudũ introire in vitam
eternã:ꝙ duos pedes habentẽ mit
ti in gehennã ignis inextinguibi
lis. vbi vermis eorũ nõ morit̃ur/
et ignis non extinguit̃. Et si ocu-
lus tuus scãdalizat te:erue eũ Bo
nũ est tibi luscũ introire in regnũ
dei:ꝙ duos oculos habẽtẽ mitti in
gehennã ignis. Vbi verbis eorũ
nõ morit̃:et ignis nõ extinguitur

¶ Dñica nona. Ad missam. Offm

Esto deus adiuuat me
et dñs susceptor est a
nime mee: auerte ma-
la inimicis meis et in
veritate tua disperde illos protec-
tor meus dñe. ℣s. Deus in no-
mine tuo saluum me fac:et in vir
tute tua iudica me. Oratio.

Largire nobis dñe ꝗs semp
spiritũ cogitãdi q̃ recta sũt
ppicius & agendi:vt q̃ sine te esse
nõ possumus:secũm te viuere va-
leamus. Per. Ad corinthios. i.x.

Fratres:Non scimus concu
piscentes malorũ:sicut et il-
li cõcupierũt. Neq; ydolatre effi-
ciamini:sicut qdã ex ipsis quẽad
modũ scriptũ est. Sedit ppls mã-
ducare & bibere:et surrexerũt lu-
dere. Neq; fornicemur: sicut qdã
ex ipsis fornicati sũt/et ceciderũt
vna die viginti tria milia. Neq;
tentemus xpm:sicut qdã eorũ ten
tauerunt:& a serpẽtibus perierũt
Neq; murmuraueritis sicut qui
dã eorũ murmurauerũt /& perier̃t
ab exterminatore. Hec autẽ oia:
in figura cõtingebãt illis. Scri-
pta sunt autẽ hec ad correptionẽ
nostrã:in quos fines seculorũ de-
uenerũt. Itaq; q̃ se existimat sta-
re:videat ne cadat. Tẽtatio vos
nõ apprehendat:nisi hũana. Fide
lis sũt de⁹ q̃ nõ patietur vos ten-
tari supra id qđ potestis: sed fa-
ciet cũ tẽtatione etiã puentũ:vt
possitis sustinere. ℣. Dñe dñs
nr̃ ꝗ admirabile est nomẽ tuũ in
vniuersa terra. ℣⁹. Qm̃ eleuata
est magnificentia tua super celos
Alleluya. ℣. Exultate deo adiu-
tori nosti iubilate deo iacob / su-
mite psalmũ iocundum cum cy-
thara. Secundum lucam. c vi. ca.

In illo tpe: Dixit ihesus disci
pulis suis:parabolam hanc
Hõ quidã erat dives q̃ habebat
villicũ:et hic diffamatus est apũ
illũ quasi dissipasset bona ipsius
Et vocauit illũ:et ait illi. Quid
hoc audiõ de te? Redde rationem
villicationis tue. Jã enim nõ pote-
ris villicare. Ait autẽ villicus in
tra se. Quid faciã:qr dñs meus au-
fert a me villicationẽ? Fodere nõ
valeo:mendicare erubesco. Scio
qđ faciã/vt cũ amot⁹ fuero a vil-
licatione:recipiant me in domos su
as. Cõuocatis itaq; singulis de-
bitoribus dñi sui:dicebat primo.
Quantũ debes dño meo? At ille
dixit. Centum cados olei. Dixitq;
illi. Accipe cautionẽ tuã & sede ci-
to:et scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu vero ꝙtum debes?
Qui ait. Centum choros tritici.
Ait illi Accipe litteras tuas:& scri
be octoginta. Et laudauit dñs vil

licū iniqtatis:qz prudēter fecisset qz filij hui⁹ seculi prudentiores filijs lucis in gñatiōe sua sunt. Et ego vobis dico:facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Offr. Justicie domini recte letificātes corda et dulcora super mel et fauum:nā & servus tuus custodiet ea. Secreta.

SUscipe munera qs dñe q tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosācta misteria gre tue operāte virtute/& plētis vite nos querlatiōe sāctificēt:& ad gaudia sēpiterna perducāt.p. Cōio. Primū querite regnū dei: & oīa adijcientur vobis dicit dñs. Postcō.

SIt nobis dñe qs reparatio mētis & corporis celeste mysteriū:vt cuius exequimur actionem/sentiamus effectū.Per dñm

CFeria.iiij. Ad romanos.vi.ca.

FRatres:Nescitis qm cui exhibuistis vos seruos ad obediendū:serui estis ei⁹ cui obedistis? Siue peccati ad mortē: siue obeditionis ad iusticiā. Gratias autē deo q fuistis serui peccati:obedistis autē ex corde in eā formā doctrine in qua traditi estis.Liberati autem a pctō:serui facti estis iusticie. In chzisto iesu:domino nostro. Secundum lucam.xvi.c.

IN illo tpe:Dixit iesus discipulis suis.Qui fidelis est in minimo:et in maiore fidelis est. Et qui in modico iniquus est:et in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nō fuistis qō verū est:qs credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis qō verū est:quis dabit vobis? Nemo seruus:potest duob⁹ dñis servire.Aut enim vnū odiet et alterū diliget:aut vni adherebit & alterū cōtemnet.Nō potestis deo seruire: et māmone.Audiebāt eni hec omnia pharisei qui erant auari:& deridebant illum.Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corā hominibus:deus autē nouit corda vestra.Quia quod hominibus altum est:abominatio est ante deū.

C Dñica decima.Ad missā.Offr.

DIam clamarē ad dñm exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquant michi & humiliauit eos qui est ante secula & manet in eternū:iacta cogitatū tuū in dño & ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationē meā et ne despexeris deprecationē meā:inten de michi et exaudi me. Oratio.

PAteant aures misericordie tue dñe pcib⁹ supplicātiū:& vt petētib⁹ desiderata cedas:fac eos que tibi placita sūt postulare. Per dñm. Ad corinthios.i.xij.ca.

FRatres:Scitis qm cū gentes essetis:ad simulachra muta prout ducebamini euntes Ideo notū vobis facio q nemo in spū dei loquēs:dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus:nisi in spū sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt:idē aūt spūs. Et diuisiones ministrationū sūt:idē aūt dñs.Et diuisiones operationū sunt:idē vero de⁹ qui operat oīa in oib⁹.Unicuiq aūt dat manifestatio spūs:ad vtilitatē. Alij qdē per spm dat sermo sapientie: alij aūt sermo sciētie scōm eūdem spm. Alteri fides:in eodē spū.Alij gra sanitatū:i vno spū.Alij operatio virtutū:alij prophetia/alij discretio spirituū/alij genera linguarū/alij interpretatio sermonū

Hec aūt oīa operat vnus atq; idem spūs:diuidens singulis prout vult ℣. Custodi me dñe vt pupillā oculi:sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege me. ℟. De vultu tuo iudiciū meū prodeat:oculi tui videāt equitatē. Allā ℣. Dñe dei salutis mee:in die clamaui et nocte coram te. ℣ Lucā.xix.

IN illo tpe Cū approprinquaret iesus hierusalē: videns ciuitatē fleuit sup illā dicens Quia si cognouisses et tu.Et qdē in hac die tua q̄ ad pacē tibi:nūc aūt abscondita sūt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te:& circundabunt te inimici tui vallo/et circūdabūt te/et coangustabunt te vndiq;/et ad terrā prosternet te et filios tuos qui in te sūt. Et non relinquent in te lapidē sup lapidē: eo q̄ non cognoueris tps visitationis tue Et ingressus in tēplum: cepit eijcere vendentes in illo et ementes/dicens illis.Scriptū est q̄ domus mea domus orationis est. Vos aūt fecistis illā:spelunca latronū.Et erat docens:quotidie in tēplo. Offr. Ad te dñe leuaui aiam meam deus meus in te cōfido non erubescā:neq; irrideāt me inimici mei etenī vniuersi qui te expectant nō cōfūdētur. Secr.

COncede nobis hec qs dñe digne frequentare misteria q̄ quotiēs hui⁹ hostie cōmemoratio celebrat:op⁹ nre redēptionis exercet.p ℣. Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblationes & holocausta sup altare tuū dñe. Post cō.

TRi nobis dñe cōio sacramenti:et purificatiōnē conferat/et tribuat vnitatē.Per do. Epist.iiij.Ad corinthios. i.xv.

FRatres:Non oīs caro eadē caro:sed alia hoim / alia pecorū/alia volucrū/alia aūt pisciū et corpora celestia et corpora terrestria Sed alia quidē celestiū gloria : alia autē terrestriū. Alia claritas solis / alia claritas lune et alia claritas stellarum. Stella autem a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuoꝝ. Semi natur in corruptione : surget in incorruptione. Seminat in ignobilitate : surget in gloria.Seminatur in infirmitate : surget in virtute. Seminat corpus aiale. surget corpus spiritale/sicut scriptū est. Factus est primus homo adā in aiam viuentē:nouissimus adā in spiritū viuificantem.Sed nō ꝓus qđ spiritale est:sed qđ aiale/deinde qđ spiritale. In xpo iesu:dño nostro.Scōm lucam. xvi.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis.Attendite vobis ne forte grauent corda vestra in crapula et ebrietate/et curis hui⁹ vite:et superueniat in vos repentina dies illa. Tanq̄ laqus enī superuenict in oēs:qui sedent super faciē omnis terre. Vigilate itaq; orantes oī tpe:vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt:et stare ante filium hominis

Dñica vndecima. Officium.

DEus in loco sancto suo deus q̄ inhabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue. ps Exurgat deus et dissipent inimici ei⁹:& fugiāt q̄ oderūt eū a facie eius. Or.

DEus qui omipotentiā tuam parcendo maxime et miserando manifestas:multiplica super nos gratiā tuā:vt ad tua promissa currētes/celestiū bonoꝝ facias eē ꝙortes. ℣ Ad corith. i.xv.

FRatres: Notū facio vobis euāgeliū qđ ꝑdicauī vobis: qđ et accepistis/in quo & statis/ p quod et saluamini. Qua ratione ꝑdicauerim vobis si teneatis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in ꝑmis quod et accepi: qm̄ xps ihesus mortuꝰ est ꝓ peccatis nostris scōz scripturas/ & q̄ sepultꝰ est & q̄ resurrexit tercia die scōm scripturas. Et visus est cephe: et post hec vndecim. Deide visus est plusq̄ quingentis fratribꝰ simul: ex qbꝰ multi manēt vsq; adhuc/ q̄dā aut̄ dormierūt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis oibꝰ. Nouissime aūt omniū tāq̄ abortiuo: visus est & michi. Ego enī sū minimꝰ apostolorū q̄ nō sū dignꝰ vocari apostolꝰ: qm̄ ꝑsecutꝰ sū ecclesiā dei. Gr̄a aūt dei sū id qđ sū: & gr̄a ei⁹ in me vacua nō fuit. Gv. In deo ſpauit cor meū & adiutus sū: & refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ: ne sileas ne discedas a me. Allā. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione & progenie. Secundum lucam. xviij. c.

IN illo tpe: Dicebat ihesus ad quosdā qui in se confidebāt tāq̄ iusti & aspernabātur ceteros: parabolā istā dicens. Duo homines ascēderūt in tēplū vt orarēt: vnꝰ phariseus & alter publicanꝰ. Pharisseus aūt stans: hec apud se orabat. Deus gr̄as ago tibi: q̄ nō sū sicut ceteri hominū/ raptores/ iniusti/ adulteri/ velut etiā hic publicanꝰ. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omniū q̄ possideo. Et publicanꝰ alōge stās: nolebat nec oculos ad celū leuare/ sed percutiebat pectꝰ suū dicens. Deus propitius esto: michi peccatori. Amē di co vobis: descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo. Qz omis q̄ se exaltat hūiliabitur: & qui se hūiliat exaltabit. Offr. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me dñe clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

QUibus dñe sacrificia dicata redd̄atur: q̄ sic ad honorē nominis tui deferēda tribuisti: vt eadē remedia nostra fieri ꝑstares. Per. Cō. Honora dñz de tua substantia & de ꝑmicijs frugū tuarū vt impleātur horrea tua saturitate & vino torcularia redūdabūt. Postc.

QUesumus dñe deus noster/ vt quos diuinis reparare nō desinis sacramentis: tuis non destituas benignꝰ auxilijs. Per.

Feria.iiij. Ad corinthios.i. vi.

FRatres: Nescitis q̄m corpora vestra mēbra sūt christi? Tollēs ergo mēbra xpi: faciā mēbra meretricis? Absit. An nescitis q̄m qui adheret meretrici: vnum corꝑ efficitur? Erūt enī inq̄t: duo in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus spūs est. Fugite fornicationē. Omne enī peccatū quodcūq; fecerit homo: extra corꝑ est. Qui aūt fornicatur: in corꝑ suū peccat. An nescitis q̄m mēbra vestra tēplū est spūs sancti qui in vobis est quē habetis a deo: et non estis vestri? Empti enī estis ꝓcio magno: glificate & portate deū: in corpore vro. Scōm lucā. xviij. c.

IN illo tpe: Dicebat ihesus discipulis suis parabolā hanc Oñ oportet sēp orare: et nō deficere dicēs. Judex q̄dā erat in quadā ciuitate qui deū nō timebat: et hominē non reuerebatur. Vidua aūt q̄dā erat in ciuitate illa: et veniebat ad eum dicēs. Vindica me

de aduersario meo. Et nolebat p multū tps. Post hec aūt: dixit intra se. Et si deū nō timeo / nec hominem reuereor: tū q; molesta est michi hec vidua vindicabo illā / ne in nouissimo veniēs suggillet me Ait aūt dñs. Audite: qd iudex iniq; tatis dixit. Deꝰ aūt nō faciet vindictā electoꝝ suoꝝ clamātium ad se die ac nocte / & patiētiā habebit in illis? Dico vobis: q; cito faciet vindictā illoꝝ. ¶ Dñica. xij. Officiū.

DEus i adiutoriū meū intende dñe ad adiuuandū me festina / cōfundātur & reuereātur inimici mei q; querūt aiam meā. p. Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt michi mala. Oratio.

OMps sempiterne deus qui abūdātia pietatis tue & merita supplicū excedis et vota effūde sup nos miam tuā: vt dimittas q; cōscia metuit / et adijcias qđ orō nō plumit. p. Ad corinth. ij.

FRatres: si ducia talē habemus p xpm ad deū: nō q; sufficiētes simus cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis / sed sufficiētia nra ex deo est. Qui & ydoneos nos fecit ministros noui testamenti: nō littere / sed spūs. Littera enī occidit: spūs autē viuificat. Mō si ministratio mortis litteris deformata in lapidibꝰ fuit i glia. ita vt nō possent intendere filij israel in faciē moysi ppter gliam vultus eiꝰ q̄ euacuatur: quō nō magis ministratio spūs erit in glia? Nā si ministratio dānatiōis i glia est: multomagis abundat ministeriū iusticie in glia. Gr. Benedictā dñm in omni tpe semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur aia mea: audiāt mansueti et letentur.

Alla. ℣. Venite exultem⁹ dño iubilemus deo salutari nr̄o. Alli. ℣. Preoccupem⁹ faciē ei⁹ i confessiōe & in psalmis iubilemus ei. Iste duo ℣. dñr. & ebd̄. alternis vicib⁹: ita tū q; ℣. Preoccupe. ꝑmo dr̄ qū de fer. agit. Et si nulla fer. p. ebd̄. ad hoc vacauerit: tūc vltimus ℣. eo anno ordine p̄termittat. S. marcū. vij.

IN illo tpe: Exiens iesus de finibus tyri: venit per sydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdū et mutū: & deprecabāt eū vt ponat illi manū. Et apprehēdēs eū de turba seorsū / misit digitos suos in auriculas eiꝰ: & exps te tigit linguā eius. Et suspiciēs in celū: ingemuit et ait illi. Effeta: qđ est adaperire. Et statī apte sūt aures eiꝰ: & solutū est vinculū linguę eiꝰ / et loq̄bat recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quāto aūt eis precipiebat: tāto magis plꝰ p̄dicabāt / & eo amplius admirabant dicētes Bene oia fecit: & surdos fecit audire et mutos loq. Dñica. Deprecatꝰ est moyses i cōspectu dñi dei sui et dixit. ꝑcatꝰ est moyses i cōspectu dñi dei sui & dixit. Ignre dñe iracundiā tuā in ꝑplo tuo / parce ite aie tue memento abrahā ysaac & iacob q̄bus iurasti dare terrā fluentē lac & mel & placatꝰ factus est dñs de malignitate q̄ dixit facere ꝑplo suo. Dñr.

RESpice q̄s dñe nostrā propitius seruitutē: vt quod offerimus sit tibi munus acceptū: sit q; nre fragilitatis subsidiū. Per. Cōio. De fructu operū tuoꝝ dñe satiabit terra vt educas panē de terra et vinū letificet cor hois / vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hois cōfirmet. Post cōio.

SEntiamus dñe q̄s tui per

ceptione sacramēti subsidiū mentis & corporis: vt in vtroq; saluati: celestis remedij plenitudie gloriemur. Per do. ¶ Feria quarta Epystola. Ad corinthios. ij. iij. c.

FRatres: Nō nosmetipsos p dicamus: sed iesū xp̄m dñm nostrū. Nos aūt seruos vestros p iesū. Qm̄ deus qui dixit de tenebris lucē splendescere: illuxit i cordibus nostris ad illuminationez scientie claritatis dei in faciē xp̄i iesu. Habem⁹ aūt thesaurū istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei et nō ex nobis. In omnib⁹ tribulationē patimur: sz nō angustiamur. Aporiamur: sed nō destituimur. Persecutionē patimur: sed nō derelinquimur. Humiliamur: sed nō cōfundimur. Deijcimur: sed non perimus. Semper mortificationē iesu christi in corpore nostro circunferētes: vt & vita iesu in corporib⁹ nostris manifestetur. Secundum matheū. xi.

In illo tpe: Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: q; nō egissent penitentiā. Ue tibi corozaim: ve tibi bethsaida. Q; si in tyro & sydone facte essent virtutes q̄ facte sūt i vobis: olim i cinere & cilicio penitētiā egissēt Uerū tamē dico vobis: tyro & sydoni remissius erit in die iudicij q̄ vobis Et tu capharnaū: nunquid vsq; in celum exaltaberis? Usq; in infernū descendes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mansissent vsq; in hunc diem. Uerū tamen dico vobis: quia terre sodomorum remissius erit in die iudicij: q̄ tibi. ¶ Dñica decimatercia post trinitatem. Ad missam. Officium.

RESpice dñe in testamētū tuū et animas paupez tuoz ne derelinquas in finem: exurge dñe in dica causā tuā / et ne obliuiscaris voces querentiū te ps. Ut quid de⁹ repulisti i finē: iratus est furor tu⁹ sup oues pascue tue. Oratio.

OMps & misericors de⁹ de tuus munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur. tribue nobis q̄s: vt ad promissiones tuas sine offensiōne curramus. p. Ad galathas. iij.

FRatres: Abrahe dicte sunt promissiones: & semini ei⁹. Nō dicit / et seminib⁹ quasi i multis: sz quasi i vno & semini tuo qui est christ⁹. Hoc autē dico testamētū confirmatū a deo: q̄ post quadringētos et triginta annos facta est / lex nō irritū facit ad euacuādā promissionē. Nā si ex lege esset hereditas: iā nō ex promissione. Abrahe aūt: per repromissionē donauit deus. Quid igitur lex? Propter trās gressionē posita est: donec veniret semen cui promiserat ordinata p angelos i manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō est: deus autē vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enī data esset lex q̄ posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cōclusit scriptura oīa sub pctō: vt promissio ex fide iesu christi daretur credētib⁹. ℣. Respice dñe in testamētū tuū: et animas paupez tuoz ne obliuiscaris i finē. ℟. Exurge dñe & iudica causā tuā: mēor esto opprobrij seruoz tuoz. Allā. ℣. Qm̄ de⁹ magnus dñs et rex magn⁹ sup omnē terram. Secundum lucam. xi. cs.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi

qui vident que vos videtis. Dico enī vobis: q multi pphete et reges voluerūt videre q vos videtis et nō viderūt. et audire que auditis et nō audierūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit: tentās illū et dicēs. Magister: qd faciēdo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege qd scriptū est? Quō legis? Ille rñdens dixit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo / et ex tota aia tua: et ex oibus viribꝰ tuis / et ex oi mente tua. & primū tuū sicut teipsū. Dixitq illi. Recte rñdisti. Hoc fac: et vives. Ille aūt volens iustificare seipsū: dixit ad iesū. Et qs est meꝰ primus? Suspiciēs aūt iesꝰ: dixit. Hō qdā descēdebat ab hierlm in hiericho: et incidit in latrones. Qui etiā despoliauerūt eū: & plagis ipositis abierūt seminuo relicto. Accidit aūt vt sacerdos quidā descenderet eadē via: et viso illo ptransiit. Similiter et leuita cū esset secus locū et videret eū: pertrāsiit. Samaritanus aūt quidā iter faciēs / venit secus eū: et videns eū misericordia motus est. Et approprians alligauit vulnera eiꝰ: infūdens oleū et vinū. Et ponens illū in iumētū suū: duxit in stabulū et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario / et ait. Curā illius habe: & quēcūq supererogaueris ego cū rediero reddā tibi. Quis horꝝ triū: videtur tibi primus fuisse illi q incidit i latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā i illū. Et ait illi iesꝰ. Vade: et tu fac similiter. Dñica. In te speraui dñe dixi tu es deus meus in manibus tuis tpa mea. Secre.

Hostias q̄s dñe propicius intende quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dēt honorem. Per dominum Cōio. Panem de celo dedisti nobis dñe habentem oīne delectamentū & oēm saporem suauitatis. Postcōio

Uiuificet nos dñe q̄s huius participatio sancta misterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dñm.

Cfē. iiij. Ad thessalonicēn. i. ij.

Fratres: Memores estis laboꝝ nostrorum et fatigationū nocte et die operantes: ne quē vestrum grauaremus. Predicauimus enī in vobis euangelium dei. Vos enī testes estis et deus / q̄m sancte et iuste & sine q̄rela vobis qui credidistis affuimus sicut scitis: qualiter vnūquēq vestrum tanq̄ pater filios suos deprecātes vos et cōsolātes testificati sumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnū suū et gloriā. Ideo et nos gr̄as agimus deo sine intermissione q̄m cum accepisſetis a nobis vbū auditꝰ dei / accepistis illud nō vt verbū hoim. sed sicut est vere verbum dei: qui operatur in vobis. Scōm matheum. xxj. ca.

In illo tpe: Abeuntes pharisei cōsiliū faciebant aduersus iesū: quomodo eū perderent. Iesus autē sciens: recessit inde. Et secuti sūt eū multi: et curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifestū eum facerent: vt adimpleretur qd dictū est per ysaiā pphetā dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene cōplacuit anime mee. Ponam spiritum meū super eū: & iudiciū gentibus nunciabit. Non cōtendet neq̄ clamabit: neq̄ audiet aliquis in plateis vocē eius. Arundinē quassa

tam nō confringet: et lignū fumigans non extinguet /donec eijciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius: gentes sperabunt.

Cdñica.xiiij. Ad missā. Officiū

Protector noster aspice de⁹ et respice in faciē xpi tui qr melior est dies vna in atrijs tuis supra milia. ps. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: concupiscit et deficit aia mea i atria dñi. Oy.

Oēps sempiterne deus: da nobis fidei spei et caritatis augmentū: et vt mereamur assequi qđ promittis: fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas. v. ca.

Fratres: Spiritu ābulate: et desideria carnis nō perficietis. Caro enī cōcupiscit aduersus spm: spūs autē aduersus carnem. Hec enī sibi inuicē aduersantur: vt nō quecūq vultis illa faciatis. Quod si spū ducimini: nō estis sub lege. Manifesta aūt sūt opera carnis: q sūt fornicatio/immundicia/auaricia/impudicicia/luxuria/ydolorū/seruit⁹/veneficia/inimicicie/cōtētiones/emulationes/ire/rixe/dissēsiones/secte/inuidie/homicidia/ebrietates/comessationes/et his similia. Que predico vobis: sicut predixi. Qm̄ qui talia agūt: regnū dei nō cōsequētur. Fructus aūt spūs est: caritas/gaudiū/pax/patiētia/longanimitas bonitas/benignitas/mānsuetudo/fides/modestia/cōtinentia/castitas/aduersus hmōi nō est lex. Qui autē sūt xpi carnē suā crucifixerunt: cū vicijs et cōcupiscentijs. ℣. Bonū est cōfiteri dño: et psallere nomi tuo altissime. ℟. Ad annunciandū mane miam tuā et veritatē tuā per noctē. Alla

℣. Confitemini dño et inuocate nomē ei⁹ annūciate inter gentes opera eius. Sedm lucam. xvij. ca.

In illo tpe: Cū iret ihesus in hierlm transibat per mediā samariā et galileā. Et cū ingrederetur quoddā castellū: occurrerūt ei decē viri leprosi. Qui steterūt alonge: et leuauerūt vocē suā dicētes. Jesu preceptor: miserere nostri. Quos vt vidit: dixit. Jte: ostendite vos sacerdotib⁹. Et factum est dum irent: mūdati sunt. Unus autē ex illis vt vidit quia mūdatus est: regressus est cū magna voce magnificans deū. Et cecidit in faciē ante pedes ei⁹: gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respōdens aūt ihesus: dixit. Nōne decē mūdati sūt. et nouem vbi sūt? Nō est inuentus q rediret et daret glīam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge/et vade: qr fides tua te saluum fecit. Ofty. Immittit āgelū dñs i circuitu timētiū eū et eripiet eos gustate et videte qm̄ suauis est dñs. Secr.

Propiciare dñe pplo tuo propiciare muneribus: vt hac oblatione placat⁹ et indulgētia nobis tribuas: et postulata concedas. Per. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcō.

Sumptis dñe celestibus sacramētis: ad redēptiōis eterne qs pficiamus augmentū. p dn̄. Cpist. xi. Ad corinthios. v. vi.

Fratres: Nolite iugū ducere cū infidelibus: sed cū fidelibus. Que enī participatio iusticie cū iniquitate aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio christi ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis autē consensus tēplo dei cū ydo-

lis? Vos aũt estis tẽplũ dei viui: sicut dicit deus. Qm̃ inhabitabo in illis & inãbulabo iter eos: & ero illoꝝ dñs/ & ipsi erũt michi populus. Propter qõ exite de medio eorũ: et separamini dicit dñs. Vos qui portatis vasa dñi: & immũdũ ne tetigeritis. Et ego recipiã vos & ero vobꝭ i patrẽ: & vos critis michi i filios & filias/ dicit dñs ops. Has igitur promissiones habentes carissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sãctificationẽ: in timore dei. Sc̃ũm lucam. xij. c.

IN illo tpe: Ait ad iesũ: quidã de turba. Magister/ dic fratri meo: vt diuidat mecũ hereditatem. At ille dixit ei Hõ/ qs me constituit iudicẽ: aut diuisorẽ sup̃a vos? Dixitq; ad illos Videte & cauete ab oĩ auaricia: qꝛ nõ i abũdantia cuiusq; vita eĩ⁹ est ex hijs q̃ possidet. Dixit aũt similitudinẽ ad illũ: dicẽs. Hoĩs cuiusdã diuitis vberes fruct⁹ ager attulit: et cogitabat intra se dicẽs Quid faciã q; nõ habeã quo congregẽ fruct⁹ meos? Et dixit. Hoc faciã. Destruã horrea mea & maiora faciã: & illuc congregabo oĩa q̃ nata sũt michi/ et bona mea/ & dicã aĩe mee. Anima/ habes multa bona posita in ãnos plurimos: requiesce/ comede/ bibe et epulare. Dixit aũt illi dc⁹. Stulte/ hac nocte animã tuã repetũt a te: q̃ aũt parasti cui⁹ erũt? Sic est qui sibi thesaurizat: & nõ est i deo diues. Dixitq; ad discipulos suos Ideo dico vobis. Nolite sollliciti esse anime vestre q̃d manducetis: neq; corpori vestro quid induamini. Anima plus est q̃ esca: et corp⁹ plusq; vestimentũ. Cõsiderate coruos q; non seminant neq; metũt: quibus nõ est cellarium neq; horreum: et deus pascit illos. ℭ Dominica.xv. Ad missam. Officium.

INclina dñe aurẽ tuã ad me & exaudi me salũ fac seruũ tuũ deus meꝰ sperãtẽ i te miserere michi dñe qm̃ ad te clamaui tota die. ps. Letifica aiã serui tui: qm̃ ad te dñe aiã meã leuaui. or.

CUstodi dñe ẽs ecclesiã tuã ppiciatione ppetua: & q; sine te labitur hũana mortalitas: tuis semper auxilijs & abstrahat a nocijs/ et ad salutaria dirigat. per dominum. Ad galathas. vi.

FRatres: Si spũ viuim⁹: spiritu & ambulem⁹. Nõ efficiamur inanis glie cupidi: inuicẽ prouocãtes/ inuicẽ inuidẽtes. Fratres/ & si preoccupat⁹ fuerit hõ in aliquo delicto: vos qui spũales estis hmõi instruite i spũ lenitatis: Cõsiderãs teipsũ: ne & tu tẽteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legẽ xpi. Nã si qs se existimat aliqd esse cũ nichil sit: ipse se seducit. Opꝰ aũt suũ probet vnusq;sq; et sic in semetipso tm̃ gloriã habebit/ & nõ i altero. Vnusq;sq; enĩ onus suũ portabit. Cõicet aũt is qui catechizat verbo: ei q; se catechizat in oĩb⁹ bonis. Nolite errare: deꝰ non irridet. Que enĩ seminauerit hõ: hec & metet. Qm̃ q; seminat i carne sua: de carne & metet corruptionẽ. Qui aũt seminat i spũ: de spũ metet vitã eternã. Bonũ aũt facientes nõ deficiam⁹: tpe enĩ suo metem⁹ nõ deficientes. Ergo dũ tps hẽm⁹: operemur bonũ ad oẽs Marie aũt: ad domesticos fidei. Gr. Bonũ ẽ confidere i dño q̃ confidere in hoĩe. v. Bonũ est sperare in dño q̃ sperare in principibus. Alla. v. Paratũ cor

meũ dẽ? paratũ cor meũ cãtabo et psallã tibi i gliã mea. S. m. ccxlvi

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enim vnũ odio hẽbit & alterũ diliget: aut vnũ sustinebit & alterũ cõtẽnet. Nõ potestis deo seruire et mãmonæ. Ideo dico vobis ne solliciti sitis aĩe vestre qd mãducetis: neq; corpori vestro qd induamini. Nõne aĩa plꝰ est q̃ esca: & corp̃ plusq̃ vestimentũ? Respicite volatilia celi/qm̃ nõ seminãt neq; metũt neq; congregãt i horrea: et pater vr celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestrũ cogitans potest adijcere ad staturã suã cubitũ vnũ? Et de vestimẽto qd solliciti estis? Cõsiderate lilia agri: quõ crescũt. Nõ laborãt: neq; nẽt. Dico autem vobis: qm̃ nec salomon in oi gliã sua/cooptus est sicut vnũ ex istis. Si autẽ fenũ agri qđ hodie est/et cras in clibanũ mittit deus sic vestit: q̃to magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: qd mãducabim? aut qd bibemus aut q̃ opiemur? Hec enim oia gẽtes inquirũt. Scit enim pater vr: q; his oib? indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei et iusticiã ei?: & hec oia adijcient vobis. Offa. Expectans expectaui dñm et respexit me: et exaudiuit deprecationẽ meã et immisit in os meũ canticũ nouũ hymnum deo nostro. Secrera

Concede nobis dñe qs vt hec oblatio salutaris & nr̃a fiat purgatio pcõr̃ et tue propiciatio pietatis. p. Cõ. Qui mãducat carnẽ meã & bibit sãguinẽ meũ: in me manet et ego in eo dicit dñs.

Purificent sẽp & mu- Postc.
niãt tua sacramẽta nos dẽ? et ad ppetue ducãt saluatiõis effectũ. p. C Fer. iiij. Ad thim. i. c.

Carissime: Scimus autẽ qr bona est lex: si qs ea legitime vtat. Sciẽtes hoc qr iusto nõ est lex posita: sed iniustis et nõ subditis/impijs et pctõrib?/sceleratis et cõtaminatis patricidis/& matricidis/homicidis/fornicarijs/masculorũ/cõcubitoribus/plagiarijs/mendacibus/et piuris. Et si qđ aliud sane doctrine aduersat: q̃ est scdm euãgeliũ glorie bti dei/qđ creditũ est michi. Gratias ago ei q̃ me cõfortauit in xpo ihesu dño nr̃o: qr fidelem me existimauit ponẽs i ministerio/qui prius fui blasphemus & persecutor & contumelios sed miam dei consecutus sũ: qr ignorãs feci in incredulitate. Superabũdauit aũt gra dñi nr̃i cum fide & dilectione: q̃ est in xpo ihesu dño nostro. Scdm lucam. xx. cap.

In illo tpe: Factũ est in vna dierũ docente ihesu populũ i templo & euãgelizãte: supervenerũt principes sacerdotũ et scribe cũ senioribus/et aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hec facis: aut qs est qui dedit tibi hanc potestatẽ? Respõdens autẽ ihesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnũ sermonẽ: respondete mihi. Baptismus iohannis de celo erat: an ex hoibus? At illi cogitabant intra se dicẽtes. Qr si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nõ credidistis illi? Si autẽ dixerim? ex hoibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim: iohannẽ prophetã esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et ihesus ait illis. Neq; ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

C Dñica. xvi. Ad missam. Offm.

MIserere mihi dne qm̃ ad te clamaui tota die. qz tu dñe suauis ac mitis es et copiosꝰ i mia omnib⁹ inuocātib⁹ te. ℣. Inclina dñe aurem tuam ℟ exaudi me: qm̃ inops et pauper sum ego. Oratio

ECclesiam tuā dñe q̄s misericordia cōtinuata mūdet et muniat: et qz sine te non potest salua cōsistere: tuo sēp munere gubernetur. Per dominū. Ad ephsios .iij.

FRatres: Obsecro vos ne deficiatis i tribulationib⁹ meis pro vobis: q̄ est glia vra. Huius rei gratia: flecto genua mea ad patrē dñi mei ihesu xpi/ ex quo omis paternitas i celis ℟ i terra nominat. Vt det vobis scōz diuitias glorie sue virtutē corroborari per spm̃ ei⁹: i interiore homine xpm habitare per fidē in cordibus vris. In caritate radicati et fūdati: vt possitis comprehendere cū oib⁹ sctis q̄ sit latitudo/ lōgitudo/ ℟ sublimitas/ ℟ profundū. Scire etiā supeminētē scientie caritatē xpi: vt impleamini in oēm plenitudinē dei. Ei autē qui potēs est oia facere superabūdāter q̄ petim⁹ aut intelligim⁹: scōz virtutē q̄ operatur i nobis. Ipsi gloria i ecclesia ℟ in xpo ihesu: i oēs generatiōes seculi seculoꝝ amē. ℣ Timebūt gētes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. ℣ Qm̃ edificauit dñs syon ℟ videbit i maiestate sua. Allā. ℣ Qui timēt dñm sperent in eū adiutor et protector eor⁹ est. Secundum lucam. vij. ca.

IN illo tpe: Ibat ihesus in ciuitatē q̄ vocat naym: et ibant cū eo discipuli ei⁹/ ℟ turba copiosa. Cū aūt approprinquaret porte ciuitatis: ecce defunct⁹ efferebatur filiꝰ vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ℟ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset ihesus: misericordia motꝰ sup eā/ dixit illi. Noli flere. Et accessit: ℟ tetigit loculū. Hi aūt q̄ portabāt: steterūt. Et ait. Adolescēs/ tibi dico surge. Et resedit q̄ erat mortuꝰ ℟ cepit loqui: ℟ dedit illū matri sue. Accepit aūt oēs timor: ℟ magnificabant dēū dicētes. Qz pphēta magnꝰ surrexit i nobis: ℟ qz deꝰ visitauit plebē suā. Offr. Dñe i auriliū meū respice: ad iūdādum ℟ reuocandū q̄ q̄ rūt ad az mcā vt auferāt eā. Secr.

QVa nos dñe q̄s sacramenta custodiāt: et cōtra diabolicos tueātur sēp incursus. Per. Cō. Dñe/ mēoz aboz iusticie tue solius deus docuisti me a iuuētute mea/ et vsq; in senectam ℟ senium deus ne derelinquas me. Postcōmunio.

QVentes nras ℟ corpora possideat q̄s dñe doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis/ sed iugiter eiꝰ proueniat effectꝰ. Per. Sect. .viij. Ad colosenses .ij.

FRatres: Videte ne q̄s vos decipiat per philosophiā ℟ inanē fallaciā scōm traditionē hominū: scōm elemēta mūdi et nō scōm dū xpm. Qz in ipso habitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter: ℟ estis in illo repleti qui est caput omis principatus et potestatis. In quo ℟ circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis: sed i circūcisione christi. Cōsepulti eni i baptismo: in quo ℟ reslurrexistis per fidē operationis dei qui suscitauit illū a mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis et in pputio carnis vestre: conuiuificauit cū illo donās nobis oia delicta. Per ihesū xpm dñm nostrū. Scōm martū. viij.

In illo tpe: Venit iesus bethsaida: et adducunt ei cecũ: et rogabãt eũ vt illũ tãgeret. Et apphẽdens manũ ceci: eduxit eũ extra vicũ Et expuẽs in oculis eiꝰ: ipositis manibꝰ suis interrogauit eũ si aliqd videret. Et aspiciens ait Video hoĩes velut arbores: ãbulãtes. Deinde iterũ iposuit manꝰ sup oculos eius: & cepit videre Et restitutus est: ita vt videret clare oia. Et misit illũ in domũ suã dicens. Vade in domũ tuã: et si in vicum introieris: nemini dixeris

Cdñica.xviij.Ad missã. Officiũ.

Justus es dñe et rectũ iudiciũ tuũ: fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuã. ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Da nos dñe qs gra semper et pueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter ptet esse intentos. Per. Ad ephesios. iiij. capo

Fratres: Obsecro itaq vos ego vinctus in dño: vt digne ãbuletis / vocatione q vocati estis Cũ oi humilitate & mãsuetudine: cũ patientia supportãtes inuicem in caritate. Solliciti seruare vnitatem spũs: in vinculo pacis. Unũ corpus et vnꝰ spũs: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dñs: vna fides / vnũ baptisma. Unus deꝰ & pater oim: qui super oẽs / et per oia / et in oibus nobis. Qui est bñdictus: in scla sclorꝝ amen. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorꝝ pplus quẽ elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt & spũ oris eius ois virtus eorũ. Alla. ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ / dextera dñi exaltauit me. S. lucã. xviij. ca.

In illo tpe: Cum intraret iesus in domũ cuiusdã principis phariseoꝝ sabbato manducare panẽ: et ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo quidã ydropicus: erat ante illũ. Et respõdens iesus: dixit ad legisperitos et phariseos / dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensũ sanauit eũ: ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuiꝰ vestrũ asinus aut bos in puteum cadet: et nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autẽ et ad inuitatos parabolã: intẽdens quõ primos accubitus eligerent / dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: nõ discũbas in primo loco / ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniẽs is q te et illũ vocauit: dicat tibi / da huic locũ. Et tunc incipias cũ rubore nouissimũ locũ tenere. Sed cũ vocatus fueris vade recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius. Tũc erit tibi glia: coram simul discũbentibus. Qr ois q se exaltat humiliabit: & q se humiliat exaltabit. Offr. Orauit deus meus ego daniel dicens: exaudi dñe preces serui tui: illumĩa faciem tuã sup sanctuariũ tuũ: & ppicius intende pplm istũ sup quẽ invocatũ est nomen tuũ deus. Secreta.

Unda nos qs dñe sacrificii presentis effectu et perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per dñm Cõio. Vovete et reddite dño deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera. terribili & ei qui aufert spiritũ principũ terribili apud oẽs reges terre. Postcõio.

Purifica dñe ḡs mentes nostras benignus ⁊ renoua celestibus sacramentis: vt cōsequēter et corpor ꝓsens pariter ⁊ futurū capiamus auxiliū. ℘er do. ¶ Feria.iiij. Epla. Si in vnius. Euāge. Cū venisset iesus ⁊ discipuli. Requre in fest.iiij. post dñicā.xxiij. fo.cxv. ¶ Dñica.xviij. Officium

Oā pacē dñe suscipiētib⁹ te vt prophete tui fideles inueniātur exaudi ꝓces serui tui et plebis tue israel. ℘. Letat⁹ sū i his q̄ dicta sūt michi: i domū dñi ibim⁹

Oā ḡs dñe populo tuo. Ore. Odiabolica vitare contagia: et te solum deum pura mente sectari. ℘er do. Ad corinthios.i.

Fratres: Grās ago deo meo sēp ꝓ vobis: in gr̄a dei q̄ data est vobis in xp̄o iesu. Qz in oībus diuites facti estis i illo/ in oi verbo et i oī sciētia: sicut testimoniū xp̄i firmatū est in vobis/ ita vt nichil vobis desit in vlla gr̄a exspectātib⁹ reuelationē dñi nostri iesu xp̄i. Qui ⁊ cōfirmabit vos vsq; in finem sine crimine: in die aduentus domini nostri iesu christi. Gr̄ Letatus sum in his q̄ dicta sūt michi in domum dñi ibimus. ℣. Fiat pax i virtute tua: et abūdantia i turribus tuis. Alla. ℣. Letat⁹ sū in his q̄ dicta sūt michi i domū dñi ibim⁹. ℣. Stātes erāt pedes nostri i atriis tuis hierusalem. Iste duo ℣. dñr ꝓ evgo. alternis vicib⁹: ita tñ q̄ ℣. Stātes. ℘mo dr̄ q̄n de feria agit. Et si nulla feria per hanc ebd̄o. ad hoc vacauerit: tunc vltim⁹ ℣. eo anno omnino ꝓtermittat. Scd̄m math.xxij

In illo tpe: Accesserunt ad iesum pharisei: et interrogauit eū vnus ex eis legisdoctor tentans eū. Magister/ qd̄ est mandatum magnū i lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et i tota anima tua/ et i tota mēte tua. Hoc est maximum: ⁊ primū mādatū. Scd̄m aūt: simile est huic. Diliges ꝓximū tuū: sicut teipsū In his duob⁹ mādatis: vniuersa lex pēdet et ꝓphete. Cōgregatis aut̄ pharisēis: iterrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videt̄ de xp̄o cui⁹ fili⁹ est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spū vocat eū dñm dicens? Dixit dñs dño meo: sede dextris meis Donec ponā inimicos tuos: scabellū pedū tuor̄. Si ergo dauid vocat eū dñz: quomodo fili⁹ ei⁹ est? Et nemo poterat rñdere ei verbū: neq; ausus fuit quisq; ex illa die eū amplius interrogare.

Offr̄. Sctificauit moyses altare dño offerēs sup illud holocausta/ ⁊ immolans victimā fecit sacrificiū vespertinū in odorē suauitatis dño deo i ꝓspectu filior̄ israel. Secrē.

Quiet̄ tuam dñe supplices deprecamur: vt hec sancta que gerimus: et a ꝓteritis reatibus nos eruāt/ et futuris. ℘er. Cōmunio. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dñm in aula sācta eius. ℘ost cōmunio

Sanctificationib⁹ tuis omnipotēs/ et vicia nostra curentur: ⁊ remedia nobis eterna ꝓueniāt. ℘er. ¶ Fet.iiij. Ad romanos.vi.

Fratres: Obsecto vos per misericordiā dei nostrū iesū christū/ et p caritatē sancti spūs: vt adiuuetis me in orationib⁹ vestris ad deū/ vt liberet ab infidelibus qui sunt in iudea et obsequij mei oblatio fiat accepta in hierosolima san-

ctis/ vt veniā ad vos in gaudio per volūtatē dei vt refrigerer vobiscū. Deꝰ aūt pacis:sit cū oībus vobis amen. Sc̄ōm matheū.xiij.

IN illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc Simile factū est regnū celoꝝ:grano sinapis Qđ accipiens hō:seminauit in agro suo qđ minimū est oībus seminibꝰ. Cū aūt creuerit: maius est oībus oleribꝰ Et fit arbor:ita vt volucres celi veniāt et habitēt in ramis eius. Aliā parabolā locutus est eis. Simile est regnū celorū fermēto: qđ acceptū mulier abscōdit i farine sat̄ tribꝰ donec fermētatū est totū. Hec oīa locutꝰ est ihesus i parabolis ad turbas:& sine parabolis non loq̄bat eis/vt adiplerēt qđ dictū est p ꝓphetā dicētē. Aperiā i parabolis os meū:eructabo abscōdita a constitutione mūdi. Dñica.xix. Off.

SAlus populi ego sum dicit dñs:de quacunq; tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos:et ero illoꝝ dñs in perpetuū ps Attendite populе meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

DIrigat corda nostra qs domine tue miserationis operatio: q; tibi sine te placere non possumus. p. Ad ephesios.iiij.ca.

FRatres: Renouamini spū mentis vestre:& induite nouū hoīem q̄ scōm deū creatus est in iusticia & sctitate veritatis ꝓpter qđ deponētes mendaciū:loq̄mini veritatē vnusq̄sq; cū ꝓximo suo q̄m sumus inuicē mēbra. Irascimini:et nolite peccare Sol non occidat sup iracūdiā vestrā. Nolite locū dare diabolo. Qui furabat:iā non furet. Magis autē laboret operādo manibꝰ suis qđ bonū est:vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti. Gr̄. Dirigatur oro mea sicut incēsū i cōspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Alleluya. ℣. Qui cōfidūt i dño sicut mōs syon nō cōmouebit i eternū q̄ habitat i hierusalem. Sc̄ōm matheū.ix.ca.

IN illo tpe: Ascēdēs ihesus in nauiculam:transfretauit et venit in ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei paraliticū:iacentē in lecto. Videns ihesus fidē illoꝝ: dixit paralitico. Confide fili:remittuntur tibi pcta tua. Et ecce quidā de scribis:dixerūt intra se Hic blasphemat. Et cū vidisset ihesus cogitationes eorū:dixit Ut quid cogitatis mala i cordibꝰ vestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi pcta tua:an dicere surge & ambula? Ut aūt sciatis q; filiꝰ hoīs habet potestatē i terra dimittēdi pcta:tunc ait paralitico. Surge/ tolle lectū tuū:& vade i domū tuā Et surrexit: et abiit in domū suā Videntes autē turbe:timuerūt Et glificauerūt deū:q̄ dedit potestatē talē hoībus. Offr. Si ābulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe/et super iram inimicoꝝ meoꝝ extendes manū tuā:& saluū me fecit dextera tua. Secreta.

DEus qui nos per huius sacrificij veneranda cōmercia vnius sūmeq; diuinitatis participes efficis:p̄sta q̄s / vt sicut tuā cognoscimus veritatem:sic eā dignis mētibus & moribus assequamur. Per. Cōio. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis:vtinam dirigant vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. Postcōio.

GRatias tibi referim⁹ dñe sacro munere vegetati tuā miserico⁊diā dep⁊ecātes: vt dignos nos ei⁹ participatiōe perficias. ℣. Fex.xliij. Ad thessalonicēses.ij.

FRartes: State ⁊ tenete traditiones quas didicistis: siue per sermonē / siue per epystolā nostrā. Ipse aūt dñs noster iesus chr⁊ist⁹ ⁊ deus et pater nr̄ q̄ dilexit nos: et dedit ꝓsolationē eternam et spē bonā in gratia / ꝓsoletur co⁊da vestra et ꝓfirmet in oñi opere et sermōe bono. De cetero fratres o⁊rate ꝓ nobis: vt sermo dñi curr at et clarificet vbiq; sicut et apud vos: et vt liberemur ab impo⁊tunis ⁊ malis hominib⁹. Nō eni omnium: est fides. Fidelis autē deus est: qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autē de vobis in dño: q̄m que p⁊ecepim⁹ et facitis et facietis. Dominꝰ autem dirigat co⁊da vestra in caritate dei: et patientia chr⁊isti. Secundum mathenm. xiij. capitulo.

IN illo tpe: Accesserūt ad iesum discipuli eius: dicentes Edissere nobis parabolā: zizanio rū agri? Qui rñdens ait. Qui seminat bonū semen: est filius hominis. Ager aūt est mundus. Bonum semen: hi sunt filij regni. zizania autē: filij sunt neꝯ. Inimicus autē qui seminauit ea: est diabolus. Messis vero: consūmatio seculi est. Messo⁊es autē: angeli dei sunt. Sicut ergo colligūtur zizania et igni cōburuntur: sic erit in cōsūmatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos: ⁊ colligēt de regno ei⁹ oīa scandala / et eos qui faciūt iniquitatē. Et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus et strid o⁊ dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eo⁊. Qui habet aures audiēdi: audiat. ℣ Dñica. xx. Oñia.

OMnia q̄ fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti: q⁊ peccauim⁹ tibi ⁊ mādatis tuis nō obediuimus / sꝫ da gl⁊oriā nomini tuo et fac nobiscū secundū multitudinē miseri co⁊die tue. ℣. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sctō ei⁹. o⁊.

OMps et⁹ miseri co⁊s de⁹ vniuersa nobis aduersātia propiciatus exclude: et mēte vt co⁊pore pariter expediti / que tua sunt liberis mentis exequamur. ℣ per dominū nostrū. Ad ephesios. v.

FRatres. Videte itaq; quomodo caute ambuletis. Nō quasi insipiētes: sed quasi sapientes. Redimētes tempus: q̄m dies mali sunt. ℣ p⁊opterea nolite fieri imp⁊udētes: sed intelligētes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino i quo est luxuria: sed implemini spū sctō loquētes vobismetip⁹ is in psalmis / in hymnis / et cānticis spiritualib⁹ cāntantes et psallētes in co⁊dib⁹ vestris dño. Gr̄as agentes semp ꝓ oīb⁹: in noīe dñi nostri iesu chr̄i deo et patri. Subiecti inuicem: in timo⁊e chr̄i. Gr̄.

OCuli omniū i te sperāt dñe: ⁊ tu das illis escā in tpe opo⁊tuno. ℣. Aperis tu manū tuā: ⁊ imples oē aial bñdictiōe. Allā. ℣. De p⁊ofundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam. Scōm matheū. xxii.

IN illo tpe: Loquebatur iesus cū discipulis suis in parabolis dicēs. Simile factū est regnū celo⁊ homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias

et nolebant venire. Iterum misit alios seruos:dicens. Dicite inuitatis. Ecce prādiū meum parauitauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata:venite ad nuptias Illi aūt neglexerūt. Et abierunt alius in villā suam:alius vero in negociationē suā. Reliqui vero tenuerunt seruos eius:ē cōtumelijs affectos occiderunt. Rex autē cū audisset irat⁹ est:ē missis exercitib⁹ suis perdidit homicidas illos/ē ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt:sed qui inuitati erant non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ:ē quoscūqꝫ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias:congregauerūt oēs quos inuenerūt bonos ē malos/et ipplete sūt nuptie discūbētiū Intrauit aūt rex vt videret discūbētes:ē vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali/et ait illi. Amice/quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ ei⁹ē pedib⁹:mittite cū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus:et stridor dētiū. Multi enim sūt vocati:pauci vero electi. Off. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Secreta.

HEc munera qs dne q oculis tue maiestatis offerim⁹:salutaria nobis esse concede. ℣. Cō. Memēto verbi tui seruo tuo dne in quo michi spē dedisti:hec me cōsolata est i hūilitate mea. Post c.

QUa nos dne medicinalis operatio:et a nostris peruersitatibus clemēter expediat:et tuis sēp faciat inhērere mādatis. ℣. Feria.iij.Ad tymotheum.j.ij.

QArissime:cōfortare in gratia que data est tibi in christo ielu:et que audisti a me p multos testes. Hec mēda fidelibus hominibus qui ydonei erunt:et alios docere. Labora sicut bonus miles christi iesu. Nemo militās deo/implicat se negocijs secularibus:vt ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat in agone:nō coronabitur nisi qui legitime certauerit. Laborātem agricolā:oportet primū de fructibus percipere. Intellige que dico:dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Secundum lucam.xviij.ca.

IN illo tēpore:Dicebat iesus cuidā principi pharisеorum Cū facis prādiū aut cenā:noli vocare amicos tuos neqꝫ fratres tuos neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos/neqꝫ diuites ne forte et ipsi te reinuitent/et fiat tibi retributio. Sꝫ cū facis cōuiuiū:voca pauperes/debiles/claudos et cecos/et beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi:in resurrectione iustorum. Hec cum diceret:quidam de simul discumbētibus/dixit illi. Beatus qui manducabit panem:in regno dei.

Dñica.xxi.Ad missam. Officium.

IN voluntate tua dne vniuersa sūt posita ē nō est q possit resistere voluntati tue:tu enī fecisti oia celū ē terrā et vniuersa q celi ambitu cōtinentur dns vniuersoꝝ tu es. ℣. Beati immaculati in via:q ābulāt in lege dni. Oꝝ.

LArgire qsumus dne fidelibus tuis indulgentiā placatus et pacem:vt pariter ab omnibus mūdētur offensis:et secura tibi mente deseruiant. Per dnm.

Lcō epīe btī pauli ap̄i.Ad ephe.vi

FRatres: Confortamini in dño:et in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Qm̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sāguinē: sed aduersus principes & potestates / aduersus mundi rectores tenebraꝝ harū ptra spūalia nequicie in celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo / et in oib⁹ perfecti stare. State ergo succincti lūbos vr̄os in veritate: et induti lorica iusticie et calciati pedes in preparationē euāgelij pacis. In oibus sumētes scutū fidei: in quo possitis oia tela neqssimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: et gladium spūs: qđ est verbū dei. Gr̄. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie. v. Priusq̄ mōtes fierent aut formaretur terra et orbis: a sclo et in seculum tu es deus. Allā. v. Lauda aia mea dñm laudabo dominū in vita mea / psallā deo meo q̄diu ero. Seqūm iohānem. iij. ca.

IN illo tēpore: Erat quidā regulus: cuius filius infirmabatur capharnaū. Hic cū audisset q̄ ihesus aduenisset a iudea in galileā: abijt ad eū et rogabat eū vt descenderet et sanaret filiū eius. Incipiebat enī mori. Dixit ergo ihesus ad eū. Nisi signa & prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Dñe / descende priusq̄ moriat filius meus. Dixit ei ihesus. Vade / filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei ihesus: et ibat. Jam aūt eo descendente: serui occurrrunt ei et nunciauerunt dicentes / q̄ filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis: in qua melius habuerit. Et dixerūt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat: in qua dixit ei ihesus filius tuus viuit. Et credidit ipse: et domus eius tota Offr̄. Vir erat in terra noie iob simplex & rectus ac timens deū quē sathā petijt vt tentaret / et data est ei potestas a deo in facultate & in carne eius pdidit q̄ oēm substātiā ipsi⁹ & filios carnē q̄q ei⁹ gr̄ui vlcere vulnerauit.

QEleste nobis prebeāt Secr̄het mysteria q̄s dñe meditinam: et vicia cordis nr̄i expurgēt Per d̄. Cōio. In salutari tuo aia mea & i v̄bū tuū spaui: q̄n facies de psequētibus me iudicium / inimici qui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus. Postcōio.

UT sactis dñe digni reddamur muneribus: fac nos q̄s tuis sēper obedire mādatis. P

Sfec.iiij.Ad thessalonicēses.i.

FRatres: Scientes dilecti a deo electionē vestrā: quia euangeliū nostrum nō fuit apud vos in sermone tantū: sed in virtute et spū sancto et in plenitudine multa sicut scitis quales fuerimus in vobis pp̄ter vos. Et vos imitatores mei facti estis et dñi: excipiētes v̄rbū in tribulatione multa cū gaudio spūsancti. Ita vt facti sitis forma oibus credentibus: in macedonia & in achaya A vobis enim diffamatus est sermo dñi non solum in macedonia et i achaya: sed in omni loco fides vestra que est ad deum profecta est / ita vt nō sit nobis necesse q̄q loqui. Ipsi enī de nobis annūciant qualem introitum habuerī

mus advos ēt quomodo conuersi estis ad dñm a simulachris seruire deo viuo et vero:et expectare filium eius de celis.Quē suscitauit ex mortuis:iesum christum:dominum nostrum. Secundū lucā. vi.

IN illo tempore:Factū est vt intraret iesus in synagogā ēt doceret:et erat ibi homo/ē manus eius dextra erat arida.Observabant autem scribe ē pharisei si sabbato curaret / vt inuenirent vnde accusarent illum.Ipse vero sciebat cogitationes eor:ē ait homini qui habebat manū aridam. Surge/et sta in medio.Et surgēs: stetit.Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos si licet sabbatis benefacere an male:animā saluā facere an perdere? Et circumspectis omnibus:dixit homini. Extende manū tuā.Et extēdit. Et restituta est manus eius.Ipsi autē repleti sunt insipientia:et colloquebātur adinuicem:quidnam facerent de iesu. ℭ Dñica.xxij. Officium.

SI iniquitates obseruaueris dñe/ domine quis sustinebit ; quia apud te ppiciatio est deus israel. ps. De profundis clamaui ad te domine:domine exaudi vocē meam. Gloria. Oratio.

HAmtliā tuā qs dñe cōtinua pietate custodi vt a cunctis aduersitatibus te protegēte sit libera : et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Pe dominum nostrum. Ad philippenses.i.capitu.

HFratres:Confidimus in domino iesu:quia qui cepit in vobis opus bonum/perficiet vsq in diē christi iesu.Sicut eni est mihi iustū hoc sentire pro omnibus vobis/eo q habeā vos in corde et in vinculis meis:et in defensione et cōfirmatione euangelij socios gaudij met omēs vos esse. Testis enim michi est deus:quomodo cupiam vos oms esse in visceribus iesu christi.Et hoc oro:vt caritas vestra magis ac magis abūdet in omni scientia et in omni sensu. Vt probetis potiora:vt sitis sinceres et sine offensa in diē christi/repleti fructu iusticie per iesū christū: in gloriā et laudē dei. Gr. Ecce qbonū et qiocundū habitare fratres in vnū.. v. Sicut vnguentū in capite qđ descendit in barbam barbā aaron. Alius v. Mandauit dñs benedictionē et vitā vsq in seculū.. Isti duo v.dicunt alternis vicibus per ebdo, quotiēs de feria agit.ē si nulla fe.p hāc ebdō, ad hoc vacauerit:tūc.ij.v.oino pmittatur. Alia. v. Qui sanat cōtritos corde:ē alligat curationes eorum. Scōm matheum.xviij.ca.

IN illo tpe:Dixit iesus discipulis suis:parabolā hāc.Simile est regnū celor homini regi: qui voluit rationē ponere cū seruis suis.Et cū cepisset rationē ponere:oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta.Cū autem nō haberet vnde redderet:iussit eū dominus eius venundari: et vxorem eius/et filios/et omnia que habebat/et reddi. Procidens autē seruus ille:rogabat eū dicēs Patientiam habe in me:et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum:ē debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille : inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios/et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens cōseruus eius :

rogabat eũ dicens. Patientiã habe in me:et oĩa reddã tibi. Ille autẽ noluit:sed abijt & misit eum in carcerẽ donec redderet debitũ. Videntes aũt cõserui eius q̃ fiebant cõtristati sũt valde:et venerũt et narrauerunt dño suo oĩa que facta fuerant. Tunc vocauit illum dñs suus: et ait illi. Serue neq̃: omne debitũ dimisit tibi/quoniã rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri cõserui tui / sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius tradidit eũ tortoribus: quoadusq̃ redderet vniuersũ debitũ. Sic et pr̃ meꝰ celestis faciet vobis:si nõ remiseritis vnusq̃sq̃ fratri suo: de cordibus vestris.

Offr. Recordare mei dñe oĩpotentatui dominãs da sermonem rectũ et benesonantẽ in os meum vt placeant verba mea in conspectu principum. Secreta.

Suscipe dñe ppicius hostias q̃bus et te placari voluisti et nobis salutẽ potenti pietate restitui. Per. Cõ. Dics vobis gaudiũ est angelis dei sup vno pecca tore penitentiã agente. Postcõio

senta. Ut in poli aula leti iubile-
mus alleluya. Scõm lucam. x. ca.

IN illo tpe: Intrauit iesus
in quoddã castellũ & mulier
q̃dã martha noie / excepit illũ ĩ do
mũ suam. Et huic erat soror noie
maria: que etiã sedẽs secus pedes
dñi / audiebat verbũ illius. Mar
tha autẽ satagebat: circa frequẽs
ministeriũ Que stetit / et ait Dñe /
nõ est tibi cure: q̃ soror mea reliq̃t
me solã ministrare? Dic ergo illi:
vt me adiuuet. Et rñdens dixit
illi dñs. Martha martha / sollici-
ta es: et turbaris erga plurima.
Porro / vnum est necessariũ. Ma
ria optimã partẽ elegit: q̃ nõ aufe
ret ab ea Credo. Offy. Diffusa est
gr̃a ĩ labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te
de⁹ in eternũ & in scm scti. Secy.

GRata tibi dñe q̃s munera no
stra efficiat vtẽ dei genitricis
oro: quã et si pro editione carnis
migrasse cognoscim⁹ in celesti glo
ria: pro nobis apũd te iugiter ora-
re sentiam⁹. P. Oratio. Et te ĩ assũ
ptione. Hec p̃fatio dicit quotid̃.
per octa. et in octa. Cõio. Beata
viscera marie virginis q̃ portaue
runt eterni patris filium. Postcõ.

QUos celestis participes ef-
fecti implorамus clemẽtiã
tuã dñe de⁹ nr̃ vt q̃ festa dei geni-
tricis colimus: a cũctis malis imi
nẽtibus eius intercessionib⁹ libe-
remur. Per eundẽ. Quotidie per
ebdomadã dicit eadẽ missa cũ pro
prijs sequentijs sed sine Credo.
tamẽ in dñica dicit Credo. et i oc.
die si do. fuerit. Sedã die. Seq̃n.

POst partum virgo maria
Dei genitrix fecũda gratia
manentis plena. Aue terrarũ dña
alma celorũ regina. Tibi ethera
osq̃ sctõr̃ turma depromat sym-
phonia. Tellus flumina atq̃ sil-
uarũ nemora resultent voce sua.
Salue parẽs inclita felix puerpe-
ra. Per te lux et veritas mũdo est
edita. Tu iesũ papilla lactasti sa-
cra extãs virgo facta mater ĩtacta
Unde nostris eya fave votis dña
r̃pm interpellãs pro salute huma
na. Per te mater aboleri filior̃ fla
gitam⁹ crimina. Nosq̃ oẽs introduci sempiterna paradisũ gaudia
Quo perennis vite perfruamur
gloria. Tercia die sequentia.

AVe maria gr̃a plena. Dñs
tecũ virgo serena. Benedi-
cta tu in mulieribus. Que peperi
sti pacẽ hoibus et angelis gloriã.
Et bñdictus fructus vẽtris tui.
Qui coheredes vt essem⁹ sui: nos
fecit per gratiã. Per hoc autẽ ave
mũdo tã suave cõtra carnis iura.
Genuisti plẽ nouũ stella solẽ no-
va genitura. Tu patui et magni
leonis et agni saluator̃ r̃pi tẽplũ
extitisti: sed virgo intacta Tu flo
ris & roris panis et pastoris vir-
ginũ regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iu
sticie. Tu mater es mie. Theophi
lũ reformãs gr̃e de lacu fecis & mi
serie. Ergo maris stella verbi dei
cella et solis aurora paradisi por
ta per quã lux est orta natũ tuum
ora. Nos vt soluat a pctis & in re-
gno claritat̃ q̃ lux lucet sedula col
lo cet per scla. Quarta die sequẽ.

LEtabundus exultet fidelis
chorus alla. Regẽ regũ in-
tacte pfudit thorus: res miranda
Angelus concilij natus est de vir
gine sol de stella. Sol occasũ ne-
sciens: stella sẽp rutilãs sẽp clara
Sicut sydus radium pfert virgo

filiū pari forma. Nec̄ sydus radio nec̄ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valle nostra. Verbū ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit nunc̄ tamē desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versibus hec predicta. Infelix ppera. Crede vel vetera. Cur dānaberis gēs misera. Quem docet littera. Natum considera ipsum genuit puerpera. ¶ Quinta die sequentia.

HAc clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mūdi dña que es sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta atq̄ celi referta gratia Nam ad illā sūt nūcia olim facta ǧelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierū pia agmina intra semp bñdicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famia. In me quomodo tua iā fient nūcia. Viri noui nullā cercopulam. Ex quo atq̄ nata sūt incorrupta. Diua missꝰ ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferēs gaudia celo terre nati per erordia. Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. ¶ Octa die sequentia.

AVe mundi spes maria: aue mitis aue pia aue plena gratia. Aue virgo singularis que per cubum deſignaris nō passū incendia Aue rosa speciosa aue ielle virgula. Cuius fructꝰ nostri luctus delarabat vicula Aue carēs simili mūdo diu flebili reparasti gaudium. Aue cuiꝰ viscera contra morbis federatis ediderunt filium. Aue virginum lucerna per quā fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci & de cuius lacte pasci rex celoꝝ voluit. Aue gēma celi lumiariū Aue seti spiritus sacrariū. O p̄mirabilis et p̄laudabilis hec est virginitas In qua per spiritū facta paraclitum: fulsit fecunditas. O p̄lācta p̄serena p̄benigna p̄amena esse virgo creditur Per quā seruitus finitur porta celi aperitur & libertas redditur. O castitatis lilium tuum precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mūdās a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amē dicat ois homo. Octaua die octabay sequentia.

HOdierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria Decantemus in hac die semp virginis marie laudes & ꝓconia Dis homo omni hora: ipsā ora & ipsora eius patrocinia. Psalle psallenisu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue domina celorum ierperta viri thorū parēs paris nescia. Fecūdata sine viro genuisti modo miro genitorem filia. Florens ortus austro flante porta clausa post & ante via viris inuia. Fusa celi rore tellus fusuꝝ gedeonis vellus deitatis pluuia Salue splendor firmamenti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos pcella & tēpestas obuia. Tercia die infra oct. assūp. dō missa in capīo de oct. scti laurēcij. Offt.

DOminabaris domine cor meum & visitasti nocte: igne me examinasti et non est

iuuenta in me iniquitas. ps. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. Oꝝ.

BEati laurentij martiris tui dñe passio benedicta letantes et vt eã sufficienter recolamus efficiat prõptiores. ℣. Epla Mui pce semiat.. vts in die B℣ Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronã de lapide pcioso.. ỽ Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei: & volũtate labtis ei⁹ nõ fraudasti eũ Allã. ỽ Leuita laurẽti⁹ bonũ op⁹ opat⁹ est q̃ per signũ crucis cecos illuiauit et thesauros ecclie dedit pauperib⁹ Si vigil. i dō. euc. hac die dr̃ seq̃ns Allã.. ỽ Leuita laurẽti⁹ bonũ op⁹ opat⁹ est q̃ per signũ crucis cecos illuminauit.. Scõm mathũ. x. ca.

IN illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Qui amat patrẽ aut matrẽ plusq̃ me: nõ est me dignus. Et q̃ amat filiũ aut filiã super me: nõ est me dign⁹ Et qui nõ accipit crucẽ suã et sequit me: nõ est me dignus. Qui inuenit aiam suã: pdet illã. Et q̃ pdiderit aiam suã ppter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit. Et q̃ me recipit: recipit eũ q̃ me misit. Qui recipit pphetã in noie pphete: mercedẽ pphete accipiet. Et q̃ recipit iustũ in noie iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicũq; potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aque frigide tm̃ in noie discipuli: amẽ dico vobis: non pdet mercedẽ suã Offr. In ỽtute tua dñe letabit⁹ iust⁹ & sup salutare tuũ exultabit vehemẽter desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei.

BEati laurẽtij martir Sec. Etur honorabilẽ passionẽ muneribꝰ dñe geminatis exequimur que licet propꝛijs sit memoranda principijs/ indesinẽter tũ ymanet gliosa. ℣ Cõ. Posuisti dñe & capite ei⁹ coronã de lapide pcioso. Postcõ.

SAlutare nobis q̃s intercessio beati laurentij martyꝛis tui prestet auxiliũ: vt celestis mense participatio quã sumpsimus tribuat ecclie tue recensitã letitiã. ℣. ℣ Sciendũ est q̃ q̃cũq; oct. sancti laurẽtij in do. cõtigerint missa de ipsis oct. in illa dō. in capꝛo dr̃ nisi cum fuerint. xxvi. vel xxvij. dō. a Deus ofim. vsq; ad aduentũ dñi: tuc eni ibi vna missa dñicalis dicitur. ℣ Dñica infra oct. assũptionis ad missã oia fiant sicut in pꝛima die moꝛe simplicis festi. ir. lec. ita tñ q̃ Kyrie. Gloꝛia in excelsis Sequentia Sctũs. & Agn⁹.. per ordinẽ dñr. Quarta die infra octa. fiat mcõ. de sctõ agapito mar. Oꝝ

LEtet ecclia tua de⁹ bti agapiti martiris tui cõsilia suffragijs: atq; pcib⁹ ei⁹ gliosis & de uota ymaneat & secura cõsistat. ℣. ℟. Ro bti agapiti mar. Sec. tiris cui passione venerãda hostias laudis tibi dñe immolãtes: q̃s vt ei⁹ oꝛonib⁹ placeant p cui⁹ meritis offerũtur. ℣. Postcõ.

PResta q̃s dñe deus nr̃ vt sacramẽti tui virtute pcepta intercessione beati martyꝛis tui agapiti tãto munere digni reddamur. ℣. Quinta die infra oct. fiat meõ. de sctõ magno martyꝛe. Oꝝ.

ADesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: vt intercedẽte bt̃õ magno martyꝛe tuo ab hostium nos defende ꝓpicia⁹ incursu. ℣. Sec. OBlatis tibi dñe q̃s fidelium tuoꝛum muneribus intende pꝛopicius: et vt nullius irrita postulatio nulli⁹ mane sit votũ: glorioſi martyꝛis tui magni desideratũ nobis ꝓbe subsidiũ. ℣. Postcõ.

Ua sācta sumentes q̄s dñe vt beati magni martyris tui nos foueāt continuata p̄sidia. p̄r. ℂ In oct. assūp. btē marie ad missā oīa fiāt sicut in p̄ma die more simplicis fes. ix. lect. & dr sup Kyrie, cātus de Kyrie omps. dicta Spūs & alme. a tribus de supiori gradu in suppellicijs ad gradū chori: & dr Sctūs. cū hac additiōe Būdictus marie filius. Et fiat memoria de martyribus timotheo & simphoriano. Oratio

Aurilių tuū nobis q̄s dñe placatus impēde: & intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis timotheo et simphoriano dexteram super nos tue p̄opiciationis extende. Et dicitur ista sequentia

Ale p̄clara maris stella in lucē gētiū maria diuinitus orta. Euge celi porta que nō apta veritatis lumen ipsū solē iusticie indutū carne ducis in orbē. Virgo decus mūdi regina celi: p̄electa vt sol pulchra lunaris vt fulgor agnosce oēs te diligētes. Te plenam fide virgam alme stirpis esse nascituram p̄iores desiderauerūt patres & pphete. Te lignum vite sacro rorāte pneumate paritūram diuini floris amigdalū signauit gabriel. Tu agnū regem terre dñatorē moabitici de petra deserti ad montē filie syon traduxisti. Tuq̄ furētē leuiathā serpentē tortuo sumq̄ et vectē collidens dānosū crimine mundū eremisti. Hinc gentiū nos reliquie tue sub cultu meōrie. Virūimmodū que est enim a ppiciationis agnum regnātē celo eternaliter reuocamus ad ārā mactādū misterialiter Hic mana verū israelitis. Veris veri abrahe filijs. Admirātib⁹ quōdā moysi qđ typus figurabat iā nūc abducto velo datur perspicior virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni sancto patrisq̄ verbo quod rubus vt flāmam tu portasti ego mater facta pecuali pelle distincto pede mūdis labijs cor deq̄ propinquare. Fac fōtem dulcem quem in deserto petra p̄emō strauit degustare quam sincera fide reneſq̄ succingi lotos in mari anguē eneum in cruce specularī. Audi nos nā te filiꝰ nichil negās honorat. Salua nos iesu p q̄bus virgo mater te orat. Da fōtē vite bisere: da puros mentis oculos in te defigere. Christianissimi fidem opib⁹ redimere btōq̄ fl̄ Ex huiꝰ incolatu scī auctor ad te trāsire.

Ccepta tibi sit dñe Secr. sacrate plebis oblatio p̄ tuorum honore sānctor quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscat auxiliū. p. Postcōio

Sacro munere satiati quesumus oīps deꝰ: vt interuenientibus sctis martyrib⁹ tuis timotheo & simphoriano nos oēs sctōrum tuor tribeas assisti collegio. In vigilia scī bartholomei apli: q̄re oia i cōi vniꝰ apli: et fiat meō. de martyrib⁹ timotheo et appollinare cū ofone de cōi. Si hec vigilia in dñica euenerit nichil fiat de vigilia p̄eter memoriā. ℂ In die sācti bartholomei apostoli. Offm

Ichi autē nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortatus est p̄incipatus eor. ps. Dñe phasti me & cognouisti me tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meā. Oratio.

Omps sempiterne deus qui huiꝰ diei venerādā sctāmq̄

leticiam in bti bartholomei apli tui festiuitate tribuisti: da ecclie cue qs: et amare qđ credidit: & pdicare qđ docuit. Per. Memoria de sancto audoeno epo. Oratio.

DEus qui per tnẽ gliam sanctissimi confessoris tui atq; põtificis audoeni aie cõtulisti: tribue qs ei⁹ nos apũd te ita patrocinijs subleuari vt cũ eo vitã possideam⁹ eternã. ℣. Epla. Jã nõ estis in cõi fo. i. ℟. In oẽm terrã exiuit son⁹ eor: et i fines orbis terre verba eor. ℣. Celi enarrãt gloriã dei: et opa manuũ ei⁹ anũciat firmamentũ. Allã. ℣. Nimis honorati sũt amici tui deus nimis cõfortatus est pncipat⁹ eor. Secr. Clare sctõr. in cõi fo. ij. Euãg. Facta est ptẽtio. in cõi fo. ij. Credo. Offr. Cõstitues eos pncipes sup oẽm terrã: meores erũt nois tui in oi pgenie et generatione. Secreta.

BEati apli tui bartholomei dñe solennia celebrãtes tuã clementiam deprecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiam⁹: in cuius veneratione tibi laudis hostias immolamus. Per dñm nr̃m

Alia secreta de sancto audoeno.

OBlata qs dñe munera fidelis ppli meritis beatissimi audoeni cõfessoris tui atq; pontificis tibi reddãtur accepta vt ab oi contagione pcti eisdẽ qb⁹ famulamur misterijs: clemẽter emũdari mereamur. ℣. Pcfa. Et te dñe. Cõio. Vos q̃ secuti estis me sedebitis sup sedes iudicãtes duodecim tribus israel dicit dñs. Postcõio.

SUmptis salutaribus sacramentis pro solẽnitate beati apli tui bartholomei supplices deprecamur: vt que predicauit & credamus pariter et sequamur. Per.

Alia postcõio de sancto audoeno.

QUense celestis participatione vegetati supplices te rogamus ops de⁹: vt sicut de beati audoeni perpetua glorificatione annua celebritate gaudemus ita ipsius apud te intercessione ab oi merear aduersitate defendi. ℣

℣ Sancti ruphi martyris. Offm.

IUstus nõ cõturbabit qr̃ do⁹ firmat manũ ei⁹ tota die miserebit̃ & semẽ ei⁹ in bñdictione erit in eternũ seruabit. ℣. Noli emulari i malignãtib⁹: neq; zelaueris facientes iniq̃tatẽ. Or

ADesto dñe supplicationib⁹ nostris: vt bti ruphi martyris tui intercessionibus cõfidẽtes: nec minis aduersãtiũ nec vllo cõturbemur incursu. ℣. Epla Btũs vir q̃ in sapiẽtia in cõi fo. iij. ℟. Just⁹ nõ turbabit qr̃ dñs firmat manũ ei⁹. ℣. Tota die miserebit et cõmodat & semen ei⁹ in bñdictionibus erit. Allã. ℣. Btũs vir q̃ timet dñm in mãdatis ei⁹ cupit nimis. Euãge. Nichil optũ. in cõi fo. v. Offr. In virtute tua dñe letabit iustus et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi dñe ob honorẽ bti ruphi martyris tui offerimus supplices deprecantes vt sicut illi prebuisti sacre fidei cõfessionẽ: sic nobis indulgẽtiã largiaris et pacem. Per dominũ. Cõio. Magna est glia eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum dñe. Postcõ.

QUelesti munere satiati quesumus domine deus noster vt beati ruphi martyris tui meritis vbiq; nos adiuues. Per dñm.

C Sancti augustini epyscopi et doctoris. Ad missam. Officium.

STatuit ei dñs testamẽtũ pacis: et principẽ fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in etnũ. ℣. Mias dñi: i eternũ cãtabo. oy

DEus qui beatũ augustinũ ecclesie tue in exponendis scripture sacre mysteriis doctorẽ catholicũ puidisti: da nobis: eius et doctrinis istrui & ore fulciri per. Meõ. de scõ hermete my. oy

DEus qui beatũ hermetem martyrẽ tuũ virtute cõstantie in passione roborasti: et eius nobis imitatione tribue p amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. p. Epla. Dedit dñs. in cõi fo. xi. Gr. Dñe prenisti eũ i bñdictiõib9 dulcedis posuisti i capite ei9 coronã de lapide pcioso. ℣. Vitã petijt & tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ i scl's scli Allã. ℣ Just9 germiabit sicut liliũ et florebit i etnũ ante dñm. Secy. Adest nobis dies alma. in cõi f. x. Euãge. Vos estis sal terre. in cõi fo. xij. Credo. Offy. Veritas mea et mia mea cũ ipso: et in nomine meo eraltabitur cornu ei9. Secy.

SAncti cõfessoris tui atq; pontificis augustini nobis qs dñe pia nõ delit oratio: q & munera nostra tibi reciliet: & tuã nobis indulgẽtiã sẽp obtineat. per do.

Alia secreta de sancto hermete.

MUnera nra dñe qs ppiciatus assume: & vt digne tuis famulemur altarib9: scti hermetis martyris tui nos intercessione custodi. per. Cõ. Btũs seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis super oia bona sua constituet eũ. Postcõio.

SUmentes domine salutaria sacramenta quelamus: vt eius nos tribuas subsequi documenta cuius celebramus gloriosa solennia. per dñm nostrũ.

Alia postcõio de sancto hermete.

REpleti domine benedictione celesti quesumus clementiam tuam: vt intercedente beato hermete martyre tuo q̃ humiliter gerimus: salubriter sentiamus. p.

C In decollatione sancti iohannis baptiste dicitur missa in capitulo de sancta sabina virgine statim post primam ante. itj. more solito et missa de sancto iohãne post vi. C De scta sabia vir. offi.

SOgnoui dñe q; equitas iudicia tua: & in vitate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis nõ me repellas. ℣. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. oy

BEate sabine virginis tue et martyris domine precib9 confidentes: quesumus clementiam tuam vt eius meritis & precibus ad eterna gaudia peruenire valeamus. p. Epla. Dñe deus in cõi fo. xiij. Gy. Diffusa est gra in labijs tuis propterea bñdixit te deus in eternum. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem & iusticiã & deducet te mirabiliter dextera tua. Allã. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede & regna. Euangeliũ. Simile est regnum celorum thesauro abscondito. in cõi folio. xiij. Offy. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Secy.

MUneribus nostris domine que magnificamus oblatis q̃

nobis et bte sabine martyris tue patrocinia ⁊ sępiterna ⁊ eiliēt gaudia. p. Cōio. Principes persecuti sūt me gratis ⁊ a vbis tuis formidauit cor meū letabor ego sup eloqa tua sicut q̄ iuenit spolia mlta ⁊cu piunt aia mea testimonia tua dñe et dilexit ea vehemēter. Postcōio

HEdemptionis nre misteria celebrantes q̄s dñe deus nr vt beate sabine martyris tue meritis muniamur: et visionis tue gl̄ia ineffabili perfruamur. Per. CAd magnā missam. Officium.

OLoria ⁊ honore coronasti eū: ⁊ ⁊stituisti eū super opa manuū tuarū. p. Dñe dñs nr: q̄ admirabile ē nomē tuū i vniuersa tra.

SAncti iohānis baptiste Dy. et martyris tui dñe q̄s venerāda festiuitas salutaris auxilij nobis prestet augmentum. Per. CNulla fiat meō. de scta sabina virgie vbi missa de ea pri⁹ cātata fuerit. Actō li. sapie. puer. x. et xi.

EXpectatio iustorum letitia: spes autem impior peribit Fortitudo simplicis via dñi: ⁊ pauor his qui operātur malum. Justus in etern nō cōmouebit: impij autē non habitabūt sup terrā. Os iusti parturiet sapiētiā: ⁊ lingua prauorū peribit. Labia iusti considerāt placita: et os impiorū peruersa. Simplicitas iustor dirriget eos: ⁊ supplātatio peruersorū vastabit illos. Justicia rector liberauit eos: ⁊ in insidijs suis capiētur iniqui. Justus de angustia liberatus est: ⁊ tradetur impius p eo. Simulator ore decipit amicū suum: iusti autē liberabūtur sciētia. In bonis iustorum eraltabitur ciuitas: ⁊ in ꝑditione impior erit laudatio. In bñdictiōe iustorū: eraltabit ciuitas. Dy. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide pretioso. ℣. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: ⁊ volūtate labior ei⁹ non fraudasti eū. Alla. Y⁹. Misso herodes spiculatore precepit amputari caput iohannis in carcere. Sequentia Sancti baptiste. Require supra i natiuitate eiusdem.

CSecundum marcum. vi. capo.

IN illo tempore. Misit herodes ter manum et tenuit iohannem: et vinxit eū in carcerem propter herodiadē vxorem philippi fratris sui. quia duxerat eā. Dicebat enim: iohānes herodi. Non licet tibi: habere vxorem fratris tui. Herodias autē insidiabatur illi: et volebat occidere eū/nec poterat. Herodes enī metuebat iohānem: sciens eū virum iustum et sanctum/⁊ custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cū dies opportunus accidisset: herodes natalis sui cenā fecit principibus ⁊ tribunis ⁊ ꝑmis galilee. Et cū introisset filia ipsius herodiadis et saltasset ⁊ placuisset herodi. simul⁊ recūbentibus: rex ait puelle. Pete a me q̄ vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: q̄ quicquid petieris dabo tibi/licet dimidium regni mei Que cum exisset: dixit matri sue Quid petā? At illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cū⁊ introisset statim cū festinatione ad regē: petiuit dicens Volo/vt ꝑtinus des michi in disco: caput iohānis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurādum: et ꝑpter simul discumbentes noluit eam contristari/sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. Et

decollauit eũ in carcere.et attulit caput eius in disco: & dedit illud puelle/et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt:et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Oꝛy. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide pretioso:vitã petiit a te & tribuisti ei allã. Secꝛy.

QUuera tibi domine pro sãcti iohannis baptiste & martyris tui passione deferimus:qui dũ sanit in terris factus est celesti sede perpetuus:quesumus vt eiꝰ obtentu nobis proficiant ad salutem.Per dñm.Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcõ.

QUonferat nobis domine quesumus sancti iohannis baptiste vtrũq; solennitas:vt & magnifica sacramenta que sũpsimus patribus nꝛis significata venerem ur & in nobis potius edita gaudeamus.Per. ℂ Sanctorum felicis et adaucti martyrum.Oſſm.

SApientiam sanctorum narrant populi et laudem eorũ nũciat ecclesia:nomina autẽ eorũ viuẽt i sclm scli.℣. Exultate iusti i dño:rectos decet collaudatio. Oꝛy

QUiesta tẽ tuã dñe supplices deprecamur/vt sicut nos iugiter sãctoꝛy martyrũ tuoꝛũ:felicis et adaucti cõmemoratione letificas:ita semp supplicatione defendas. Per do Epla. Justoꝛy aie in cõi fo. vi. Gꝛy. Justoꝛy aie in manu dei sunt & nõ tanget illos tormentũ malicie. ℣. Visi sũt oculis insipiẽtiũ mori illi aũt sũt i pace. Alleluya. ℣. Justi epulentur & exultent in cõspectu dei; & delectent in letitia. Euãge. Attendite a fermento. in cõi folio. vij. Oſſy. Letamini in dño et exultate iusti:et gloriamini oẽs recti coꝛde. Secꝛy.

HOstias ꝙs domine quas solenniter imolamus p martyrũ cõmemoratione sctõꝝ tuoꝝ clemẽter suscipe:et cõcede vt eoꝝ intercessione in quoꝝ honoꝛe offerunt veniã delictoꝛũ consequi mereamur.Per dñm. Cõio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dñs:et quod in aure auditis:predicate super tecta. Postcõ.

REfecti domine sacris muneribus quesumus:vt intercedẽtibus sãctis martyꝛibus tuis felice & adaucto in gr̃aꝝ sẽp actione maneamus.Per w. ℂ Sancte cuthburge virginis. Oficium.

DIlexisti iusticiã & odisti iniqtatẽ:propterea vnxit te deus deꝰ tuꝰ oleo leticie p̃ cõsoꝛtibꝰ tuis.℣. Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ:dico ego opa mea regi. Oꝛy

DEus qui eximie castitatis priuilegio famulam tuam cuthburgam multipliciter decorasti:da nobis famulis tuis eius promerente intercessione vtriusq; vite prosperitatem: vt sicut eius festiuitas nobiscum agitur in terris: ita per eius interuentũ nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per dominum Epystola. Qui gloriatur. in cõi folio. xv. Gꝛy. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. ℣. Propter ea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Emulor enim vos dei emulatione despõdi vos vni viro virginem castã exhibere rpo. Euãge. Simile est regnũ celoꝝ decẽ. in cõi folio. xv. Oſſy.

Offerentur regi virgines poſt eā proxime eius offerētur tibi. Sec.

ALtaria tua dñe miſticis muneribus cumulam⁹ maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: vt ipſius adiuuantibus meritis carere mereamur cunctis contagijs. Per dñm nrm. Cōio. Diffuſa eſt gra i labijs tuis: ppterea bñdixit te deus i eternū. Poſtc.

QEleſtib⁹ ſacramētis refecti altaribus tuis domine deprecamur inclinati: vt q̄ in ſolēnitate btē cuthburge letāter ꝓcepimus: auxilio eius interceſſionis nobis proficiant ad vtriuſq; profectum ſalutis. Per dominum.

¶ Sancti egidij abbatis. Offm.

QIuſti meditabit̄ ſapientiā & lingua ei⁹ loquetur iudiciū: lex dei ei⁹ i corde ipi⁹. ℣. Noli emulari i malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Oꝝ.

DEus qui hodierna die beatum egidium confeſſorem tuum atq; abbatem aulam regni celeſtis penetrare feciſti tribue queſumus: vt cuius deuote gloriamur meritis: eius nos ſentiamus cōfoueri ſuffragijs. Per do. Meōria de ſācto prīco mar. Oꝝ.

OMnipotens ſēpiterne deus fortitudo certantiū & martyrum palma ſolennitatem hodierne diei propicius intuere: et eccleſiam tuam continua fac celebritate letari: vt interceſſiōe beati prīci martyris tui omnium in te creedētiū vota perficias. Per. Epla. Juſt⁹ cor ſuū. in cōi cō. xij. Gr. Os iuſti meditabit̄ ſapiētiā & lingua ei⁹ loquet̄ iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ i corde ipi⁹: & nō ſupplātabuntur greſſ⁹ eius. Alla. ℣. Poſui adiutoriū ſup potētē: & exaltaui electum de plebe mea. Dēꝝ. Adeſt nobis. in cōi ſo. r. Euāge. Nemo accēdit. in cōi ſo. xij. Offr. Deſideriū aie eius tribuiſti ei dñe: & voluntate labioꝝ eius nō fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Secreta.

QMuneribus nrīs dñe q̄s ſācti egidij confeſſoris tui atq; abbatis interceſſione gra̅m tue placationis infunde: vt & collata nobis remedia tuearis: & propicius conferenda largiaris. Per dñm.

¶ Alia ſecreta de ſancto prīco.

ALtaribus tuis dñe munera pro cōmemoratione ſancti prīci martyris tui gratanter offerimus precātes: vt ipo intercedēte hec eadem nobis ad celeſtia promerenda proficiant. Per. Cōio. Fidelis ſeruus & prudēs que cōſtituit dñs ſuper familiā ſuā vt det illis in tpe tritici mēſurā. Poſtc.

PRotege dñe pplm tuum de tua mia cōfidētē: & quos celeſtibus refeciſti myſterijs bti egidij cōfeſſoris tui atq; abbatis intercеſſione: tuis muneribus aſſequēdis efficе promptiores. Per d.

¶ Alia poſtcōio de ſancto prīco.

REfectam domine ſacre participationis myſterio tuere que ſumus plebē tuā: vt bti prīci martyris ſolennia recolentē: celeſtis gratie largitate proſequere: vt viſibilibus adiuta ſolatijs: ad inuiſibilia bona ꝓpici⁹ incitet. p.

¶ Trāſla. ſcī cuthberti epi. off.

STatuit ei dñs teſtamētum pacis: et principē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. ℣. Miſericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

PReesta nobis q̄s oēs et misericors de⁹: vt q̄ bti cuthberti cōfessoris tui atq; pōtificis translationis diē veneramur per ipius suffragia pietatis tue sēp bñficia ꝓsequamur. ℣. Epla. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in dieb⁹ ī cōi f.r ℟. Jurauit dñs ⁊ nō penitebit eū tu es sacerdos i eternū scdm ordinem melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Allā. ℣. Just⁹ germinabit sicut liliū: et florebit in etnū ante dñm. Si tiāt ir.lec. dē sequētia de ꝓi fo.x. Euā. Dō q̄dā pegre. in cōi fo.xi. Offt. Veritas mea ⁊ mia mea cū ipso ⁊ in noie meo exaltabit cornu eius.

HEc munera q̄s dñe bti Sēc cuthberti cōfessoris tui atq; pōtificis intercessiōe sctifica ⁊ nos famulos tuos a pctōrū oīm maculis clemēter emūda. ℣. Cō. Btūs seruus q̄ cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amen dico vobis sup oia bona sua ꝓstituet eū. Postcō.

UT hec cōio nos dñe tibi dignos efficiat: btūs cuthbertus cōfessor tuus et pōtifex cuius translationis diem veneramur: suffragio quesumus pie intercessionis obtineat. Per dñm nostrū.

℣ Sācti bertini abbatis. Offm.

OS iusti meditabit sapiētiā ⁊ lingua ei⁹ loquet iudiciū lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. ℟. Noli emulari in malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Or.

OMps sempiterne deus qui mirabiliter fulges i electis tuis q̄s te habitatore glorificare voluisti: da nobis q̄s bti bertini cōfessoris tui atq; abbatis ita digne solēnia venerari: vt eius suffragātibus meritis tēplū tuū mereamur fieri. ℣. Epla. Justus cor suū. in ꝓi f.r. ℟. Os iusti meditabit sapiētiā ⁊ lingua ei⁹ loquet iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹ et nō supplātabūtur gressus eius Allā. ℣. Amauit eū dñs ⁊ ornauit eū stola glie iduit cū. Euā. Nemo accēdit. in ꝓi f.r. Offt. Desiderii aīe eius tribuisti ei dñe: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius corona de lapide pretioso Sec.

GRatia spūs sācti dñe q̄s hec munera nostra assumat: et intercedente btō bertino cōfessore tuo atq; abbate vitā nostrā irreprehē sibilē custodiat: et nos ad celestia regna pducat. Per dñm. In vnitate eiusdē Cō. Fidelis seru⁹ ⁊ prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā vt det illis i tpe tritici mēsurā

TRibuant nobis q̄s Postcō. domine continuum tua sancta subsidium quo beati bertini cōfessoris tuis atq; abbatis precibus nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per dñm nostrū.

¶ In natiuitate btē marie. Offi.



AUdeamus oēs in dño diē festū celebrātes sub honore marie virginis de cui⁹ natiuitate gaudent angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ℣. Eructauit cor meū vbū bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

SUpplicationē seruorū tuorū de⁹ miserator eraudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis cōgregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem.

Lectio libri sapie. Eccli. xxiiij.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis Ego mater pulchre dilectionis & timoris: et magnitudinis et sancte spei. In me gratia oīs vie et veritatis: in me oīs spes vite & virtutis. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me: & a gnationib⁹ meis implemini Spūs ei me⁹ sup mel & fauū. Memoria mea: in gnatiōe sclor. Qui edūt me adhuc esurient: & qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me nō confūdet: & q̄ opant in me nō peccabunt. Qui elucidāt me: vitā eternam habebunt. Alia epla per oct. Lectio libri sapiētie. iiij. cap.

QUā pulchra est casta generatio: cum claritate. Immortalis est enī meōria illi⁹: qm̄ apud deū nota est et apud hoīes. Cū presens est imitant illā. et desiderāt eā cū se edurerit: & in ppetuū coronata triumphat. incoinquinatoy certaminū premiū vincens. Multigena enī iptoy multitudo nō erit utilis: & spuria vitulamina non dabūt radices altas. nec stabile firmamētū collocabūt Et si in ramis in tpe germinauerint infirmiter posita: a vento cōmouebūtur/& a nimietate ventorū eradicabunt. Cōfringētur enī rami incōsūmati: & fructus illoy inutiles et acerbi ad manducandū/et ad nichilū apti. Ex iniquis enī oēs filij q̄ nascunt: testes sunt nequitie aduersus parētes in interrogatione sua. Justus autē si morte ꝓoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Et legātur he due epte alternis vicibus per oct. vna die Egō q̄si vitis. et altera die. O ꝑpulchra. Ita tamē q̄ in die dnīcis infrā oct. et in oct. die dr. Egō q̄si. Gr. Audi filia et vide et inclina aurē tuā q̄ cōcupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intēde ꝓspere procede & regna. Alla. ℣. Natiuitas gliose virginis marie ex semine abrahe orita de tribu iuda: clara ex stirpe dauid. Sequēs Alla. ℣. Per te dei genitrix. dr quotidie per oct. nisi in dnica & i oct. die: tūc ei dr Alla. sicut i ꝑma die. Alla. ℣. Per te dei genitrix nobis est vita ꝑdita data que de celo suscepisti ple & mūdo genuisti saluatorem. Sequntia

ALle tele ste necnō & perēne Aluya. Dic paraphonista cū mera symphonia. Tuba & canora palinodia cāta. Nā oīs vsya hāc rpi genitricē die ista. Congaudet eroīta y quā sibi sublatā capit vita. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra est regēda ple fecūdata Nec grauidata viscera sūt tū per vlla patris mēbra sed ex fide sola Ab arce sūma angel⁹ astat marie inquit alma aue plena Gratia sacra & benedicta feminas inter oēs paritura. Regē q̄ dira mortis vincula. Dānabit mira cū potentia. Suū plasma soluēs spōte sua atq; vtām donās vitā. Fit mor puella verbis credula. Et puerpera stupet & casta. Natum gestās speciosū forma regentē cuncta orbis regna. Hec est virga nō irrigata sed dei gratia florigera. Hec sola cunctoꝝ hera materna obscuras piacula. Velut rosa decoras spineta sic qō ledat nichil habet maria. Virgo eua qō contulit prima rpt sponsa effugat maria. O virgo sola mater casta nostra crimia Soluens da regna q̄s vtā regnās

agmina Potis eni cũcta vt mũdi regina ℰ iura. Cũ nato oia decernis in ſcla et vltra ſubnixa es in glia. Cherubin electa ſeraphinq̃ clara agmia Mã iurta filiũ poſita ſedes in dextera virt⁹ lãpas ℰ ſophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert ãnua. Et reſonat tamen is aula in laude tua virgo maria. Gaudet per climata orbis ecclia dices alla Mõ ℰ palatia celi clamãt diuina vsq̃ dãtia p̃conia

Initiũ ſcti euãgelij ſcõm mat. i.

LIber generationis ieſu xp̃i filij dauid : filij abraham. Abrahã autẽ: genuit yſaac. Iſaac aũt: genuit iacob. Jacob aũt: genuit iudã ℰ fratres ei⁹. Judas autem: genuit phares ℰ zarã de thamar. Phares autẽ : genuit eſron. Eſrõ aũt: genuit arã. Arã aũt: genuit aminadab. Aminadab autẽ: genuit naaſõ. Naaſõ aũt: genuit ſalmon. Salmõ aũt: genuit booz de raab. Booz autẽ: genuit obeth ex ruth. Obeth autẽ: genuit ieſſe. Ieſſe aũt: genuit dauid regẽ. Dauid autẽ rex : genuit ſalomonẽ ex ea q̃ fuit vrie Salomõ aũt: genuit roboã. Roboã aũt : genuit abiã. Abia autẽ: genuit aſam. Aſa aũt: genuit ioſaphat. Joſaphat autẽ: genuit ioram Joram aũt: genuit oziã Ozias aũt: genuit ioathã Joathã aũt: genuit achaz. Achaz autẽ: genuit ezechiam. Ezechias aũt: genuit manaſſẽ. Manaſſes aũt: genuit amõ. Amõ aũt: genuit ioſiã. Joſias aũt : genuit iechoniam et fratres ei⁹ in trãſmigratione babilonis. Et poſt trãſmigrationẽ babilonis : iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Eliachim autẽ : genuit azor. Azor autem : genuit ſadoch Sadoch autem : genuit achim. Achim autẽ: genuit eliud. Eliud autem : genuit eleazar. Eleazar autem : genuit mathan. Mathã autem : genuit iacob. Jacob autem : genuit ioſeph virum marie De qua natus eſt ieſus: qui vocatur chriſtus. ℭ redo. Quotidie per octa. et in octa. legatur euangelium. Secundum lucam. xi. ca.

IN illo tempore : Loquente ieſu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba / dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Mutinimo. Beati q̃ audiunt verbum dei : et cuſtodiunt illud. Oſty Diffuſa eſt grã in labijs tuis pterea benedixit te deus in eternum et in ſeculum ſeculi. Secreta

VNigeniti tui nobis dominẽ ſuccurrat humanitas vt qui natus de virgine integritatem matris non minuit: ſed ſacrauit in natiuitate eius ſolennijs a nr̃is nos piaculis eruens oblationem nr̃am ſibimet faciat eſſe acceptam: ieſus chriſtus dñs noſter. Qui tecũ. Pꝛefatio. Et te in natiuitate. Hec pꝛefatio dicitur quotidie per octa. ℰ in octa. quando de ſancta maria dicitur miſſa Cõ. Vera fides genitꝛi purganit crimina mũdi: et tibi virginitas

SInuiolata manet. Poſtcõio. Vimpſimus domine celebritatis annue votiua ſacramenta pꝛeſta q̃s : vt intercedente beata maria ſẽp virgine: et tpalis nobis vite remedia pꝛebeãt ℰ eterne. y. Quotidie per octa. dr cadẽ miſſa cum eisdẽ ſequentijs q̃ intra octaſſũptionis p̃tulate ſũt ſed ſine

Credo. nisi in exaltatiõe sctẽ crucis: tñ in dñica infra oct. et in oct. si dñica fuer. dr Credo. Sedã die fiat meõ. de scõ gorgonio mar. oy

SAnctus gorgonius martir tuus dñe sua nos qs intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. Per do. Secreta.

GRata tibi sit domie qs nostre seruitutis oblatio quã familie tue pia defert deuotio: pro qua sanctus martyr tuus gorgonius interueniat. Per dñm. Postcõio.

HAmiliã tuam qs dñe deus suauitas illa cõtingat et vegetet: qua in martire tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascat. Per. Quarta die meõ. de. martyribus pthro et iacincto. Oy.

BEatorum martyrũ tuorũ pthi et iacincti nos qs dñe foueat pretiosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per do. Secr.

PRo sanctorum martyrũ tuorũ prothi et iacincti veneratione tibi dñe munera q̃ debemus eroluimus presta qs: vt remediũ nobis ppetue salutis operent. y.

UT pcepta nos dñe. Postcõ. tua sctã purificent beatorũ martyrũ tuorũ pthi et iacincti qs imploret oratio. Per. Dñica infra oct. natiuitatis btẽ marie cum extra festũ exaltationis sãcte crucis euenerit ad missã omia fiant sicut in pma die more simplicis festi. ix lec. ita tñ q̃ Kyrie. Glã in excelsis Sãctus. et Agnus. per ordinem dñr: et legat euãg Loquẽte iesu.

CIn exaltatiõe sctẽ crucis. Offm

IDs abit gliari oportet i cruce dñi nri iesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nra: p quẽ saluati et liberati sumus. ℟. Deus misereat nri et benedicat nobis illuiet vultũ suũ sup nos et misereat nri Kyrie lux et origo. cũ suis vsi. or.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi nri iesu xpi pretioso sãguine hũanũ genus redimere dignatus es: cõcede ppicius / vt qui ad adorandã viuificã crucẽ adueniunt a peccatorũ suorũ nexibus liberentur. Per dñm. Meõria de mar. cornelio et cypriano. Oratio

PResta qs ops deus vt sicut populus christianus ad sanctorum sacerdotũ tuorum cornelij et cypriani tpalẽ cõcurrit solẽnitatẽ: ita perfruat etna: et qd votis celebrat tõ prehẽdat effectu. Per. Meõria de natiuitate btẽ marie. or Supplicationẽ Epla. Cõfido de vobis. in cõi fo. iiij. Gy. Christus factus est pro nobis obediẽs vsq ad mortem: mortẽ autẽ crucis. Propt qd et deus exaltauit illũ et dedit illi nomẽ qd ẽ sup oñe nomẽ alle ℣. Dulce lignũ dulces clauos dulcia ferẽs pondera q̃ sola fuisti digna sustinere regẽ celorum et dñm.

LAudes crucis attollamus nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos dulce lignũ dulci dignũ credimus melodia. Voce vita nõ discordet: cũ vor vitã nõ remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucẽ laudent q̃ per crucẽ sibi gaudẽt vite dari munera. Dicãt oẽs et dicãt singuli aue salus totius ppli arbor salutifera. O q̃ felix q̃ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula qui mũdauit scla ab anti quo crimine. Hec est scala pcũ per quã xps rex celorum ad se trahit oia. Forma cuius hoc ostẽdit quę terram cõprehẽdit ãttuor cõfinia.

Non sunt noua sacramēta: nec re
cēter est inuēta crucis hec religio.
Ipsa dulces aquas fecit per hanc
siler aquas fecit moysi officio.
Nulla salus est in domo: nisi cru-
ce munit hō superliminaria. Nec
sensit gladium nec emisit filium
quisquis egit talia Ligna legens
in sarepta: spē salutis est adepta
pauper muliercula. Sine lignis
fidei nec lechitus olei: valet nec
farinula. In scripturis sub figu-
ris ista latēt sed iā patēt crucis be
neficia. Reges credunt: hostes ce
dūt sola truce xpō duce vnus fu-
gat milia. Ista suos fortiores sē
per facit et victores morbos sa-
nat et languores deprimit demo-
nia. Dat captiuis libertatem: vi-
te confert nouitatē: ad antiquam
dignitatē crux reducit oīa O crux
lignum triumphale: mundi vera
salus vale īter ligna nullum tale
frōde floze germie. Medicina chri
stiana salua sanos egros sana qō
non valet vis humana fit in tuo
nomine. Insistentes crucis laudi
consecratoz: crucis audi atq; ser-
uos tue crucis post hanc vitam
vere lucē trāsfer ad palatia. Quos
tozmento vis seruire: fac tozmen-
ta non sentire/sed cū dies erit ire
nobis confer et largire sempiter-
na gaudia. Secūdum Iohannem
duodecimo capitulo. ..

IN illo tempoze: Dixit iesus
turbis iudeozum. Nunc iu-
dicium est mundi. Nunc princeps
huius mundi: eijcietur foras. Et
ego si exaltatus fuero a terra: oia
traham ad meipsum. Hoc autem
dicebat significans q̄ moztе esset
moziturus. Respondit ei turba.
Nos audiuim⁹ ex lege: quia chri-
stus manet in eternum. Et quo-
modo tu dicis: opoztet exaltari fi
lium hominis? Et quis est iste fi-
lius hominis? Dixit ergo eis ie-
sus Adhuc modicum lumen: in vo
bis est. Ambulate dum lucem ha-
betis: vt non tenebze vos compze
hendāt. Et qui ambulat in tene-
bzis: nescit quo vadat. Dum lu-
cē habetis: credite i lucē: vt filij lu
cis sitis. Q redo. Offy. Protege
domine plebē tuā per signum sctē
crucis ab oībus insidijs inimico-
rum oīm: vt tibi gratam exhibea-
mus seruitutem et acceptabile ti-
bi fiat sacrificiū nostrū. Secreta.

DEuotas in hoc festo domi-
ne humilitatis nostre pze-
ces & hostias misericozdie tue pze
cedat auxilium: et salutem quam
per adam in paradiso ligni clau-
serat temerata pzesumptio: ligni
rursum fides aperiat. Per dōm.
¶ Alia secreta de martyzibus.

PReста nobis omnipotens
deus vt nostre humilitatis
oblatio et pzo tuozū tibi placeat
honoze sanctozum: et nos cozpoze
pariter et mente purificet. Per ō.
Pzefatio. Qui salutem. Cōio.
Per lignū serui facti sumus & per
sanctam crucē liberati sumus fru
ctus arbozis sedurit nos filiꝰ dei
redemit nos alleluya. Postcōio.

IEsu christi dōi nzi cozpoze
saginati et sanguine: p quē
crucis est sanctificatum vexillum:
quesumus domine deus noster: vt
sicut hanc adozare meruimus: ita
perennitatis eius glozia salutari
potiamur effectu. Per dominum.
Alia postcōmunio de martyzibus

PAscenos quesumus domi-
ne tuozum gaudijs vbiq;
sanctozum / quia nostre salutis
augmenta sunt quotiens illis ho

nos impenditur in quibus tu mirabilis predicaris. Per dominum

¶ In oct. natiuitatis beate marie ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi nouem lectionum et dicitur super Kyrie. cantus i Kyrie omnipotens dicitur etiã Spũs & alme. in tribus clericis de superiori gradu in superpellicijs ad gradum chori. Sequentia. Aue preclara. Euangeliũ. Loquente ihesu. et dicitur. Sãct⁹. in hac additione Benedictus marie filiꝰ. Cetera ola sicut in prima die. Eodem die fiat meõ. de sancto nichomede martyre. oꝛ

Hesto domine populo tuo vt beati nichomedis martiris tui merita preclara suscipiens ad ipetrãdã miam tuã sẽper eius patrocinio subleuemur. ꝑ. Secꝛ.

Suscipe dñe munera propicius oblata: que maiestati tuebti nichomedis martyris tui cõmendet oratio. Per. Postcõio.

Purificẽt nos quesumꝰ domine sacramenta que sumpsimus et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiãt vicijs absolutos. Per

¶ Sancte edithe virginis non martyris. Ad missam. Officium.

Dilexisti iusticiã & odisti iniqtatẽ: propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie pre cõsoꝛtibꝫ tuis. ℟. Eructauit coꝛ meũ vbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Oꝛ

Deus qui fidelibus tuis castitatis exemplũ prebuisti dum de virgine filium tuum dominũ nostrum nasci voluisti: sctẽ edithe virginis tue precibus nobis mẽtis & coꝛporis tribue puritatem per quam a te nobis promissam percipiamus felicitatem. Per eũd. Mcõ. de martyribꝰ eufemia lucina et geminiano. Oꝛ.

Resta qs dñe pcibꝰ nris cũ exultatione pfectũ: vt quo rũ diẽ passionis ãnua deuotione recolimꝰ: etiã fidei cõstãtiam; subsequamur. ꝑ. Epla. Qui gloriat in cõi fol. xv. Gꝛ. Dilexisti iusticiã & odisti iniqtatẽ. ℣. Propterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie. Alleluya. ℣ Emuloꝛ eni vos dei emulatione despõdi vos vni viro virginẽ castã exhibere xpõ. Euang. Virginis venerãde. in cõi fo. xv. Euãg. Sile est re. ce. de. in cõi fo. xv. Offꝛ. Offerentur regi vgines post eã prime eiꝰ offerent tibi. scꝛ.

Super hanc oblationẽ nostrã qs dñe bñdictio tua descendat: et vt ipsi tibi hostia placabilis efficiamur: sãcta editha apud te obtineat. Per dominũ nostrũ. Alia secreta de martyribus.

Munera populi tui domine propiciatus intende: et sanctoꝛũ martyrũ tuoꝝ eufemie/lucine/& geminiani qꝝ nobis tribuis solẽnitatẽ celebrare: fac gaudere suffragijs. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternum. Postcõio.

Spiritualis mẽs domine participatio nobis mẽtis & coꝛporis fiat salutatio: et sancte edithe virginis tue tibi nos cõmẽdet supplicatio. ꝑ. Alia vꝰ cõ. de mar.

Sumptis domine diuinis misterijs eraudi quesumus preces nostras & sãctoꝝ martyrũ tuorũ eufemie / lucine / et geminiani quoꝝ solenniter celebramꝰ victoriam: continuis foueamur auxilijs. Per dñm. ¶ Sancti lamberti epi̇copi et martyris. Officium

SAcerdotes dei bñdicite dñm: sancti & humiles corde laudate deum. ℣. Bñdicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltare eum in secula. Oro.

SAncti lamberti martyris tui atq; pontificis dñe nos tibi qs commendet oratio: et sicut hũc diem eius gloriosa decorat passio: ita nos ipsius semper muniamur suffragijs. ℣. Epla. Omnis pontifex. ut cõi folio. v. Gr. Inueni dauid seruum meũ oleo sctõ meo unxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei et brachiũ meũ confortabit eũ. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ nocebit eum Alla. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnum in populo suo.

Euangelium. Circumbat iesus. in cõi fo. v offr. In veritate tua dñe letabit iustus: et sup salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi dñe pcõmemoratione sancti lamberti martyris tui atq; pontificis offerimus obsecrantes: vt tua nobis sua intercessione multiplicet beneficia: quem a tui corporis vnitate nulla tentatio separauit. Qui vivis et regnas cum deo patre. Cõ. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide pretioso. Postcõio

REcepto domine tui corporis et sanguinis sacramento concede nobis quesumus supplicante beato lamberto martyre tuo atq; pontifice ita muniri: vt et temporalibus releuemur incõmodis et absidemus eternis. Qui vivis et regnas cum deo patre.

EN vigilia sancti mathei apostoli et euangeliste. Officium.

EGo autem sicut oliua fructificaui in domo dñi speraui in mia dei mei / & expectabo nomẽ tuũ qm bonum est ante aspectũ sctõrum tuorum. ℣s. Quid gliaris in malicia: qui potens es in iniquitate. Oro.

DA qs omps deus: vt bti mathei apli tui et euangeliste quã puenimus venerãda solennitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. ℣. Epla. Btus hõ q inuenit in cõi fo. t. Gr. Justus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciãdum mane miam tuã et veritatẽ tuã per noctẽ. Si do. fuerit dicitur Allã. ℣. Per manus autẽ apłorum fiebant signa et pdigia multa in plebe. Secũdũ. lucam. v.

IN illo tpe: Vidit iesus publicanum nomine leui / sedẽtem ad theloneũ: et ait illi. Sequere me. Et relictis omibus: surgẽs / secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnũ leui in domo sua: et erat turba multa publicanorũ et aliorum qui cum illis erant discumbẽtes Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicẽtes ad discipulos eius Quare cum publicanis et peccatoribus: manducatis et bibitis? Et respõdens iesus: dixit ad illos Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habent. Nõ veni vocare iustos: sed pcõres ad penitẽtiam. Offr. Gloria & honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ sup opera manuum tuarum dñe. Secreta

HEspice qs omps et miseratione corde de munera que pro veneratiõe beati mathei apli tui et euãgeliste tue offerim⁹ maiestati et presta: vt cui⁹ solẽnia his sacrificijs preuenim⁹: ei⁹ suffragantis

bus meritis due tibi sunt placita digno effectu ac deuotis mentibus exequamur. Per do. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam & magnũ decorem impones super eum dñe. Postcõ. Presta que sumus omnipotens deus: vt diuino munere satiati: intercedente beato matheo apostolo tuo et euangelista cuius solennia preuenimus: sacris semp & mysteriis renouemur et moribus. Per dominum nrm. Si vero hec vigilia in aliqua feria quattuor temporum cõtigerit tũc de vigilia nichil fiat nisi tantum memoria admissã de ieiunio

In die sancti mathei apli. offz.

Michi autem nimis honorati sũt amici tui deus nimis confortatus est principatus eor.

Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Beati mathei apostoli tui et euangeliste domine precib⁹ adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per. Mcõ. de sctõ laudo epo & cõfessore. Or.

Presta qs eps deus: vt qui beati laudi confessoris tui atq pontificis solennia colimus eius intercessione eternam vtilitudinem cõsequamur. y. Epla. Similitudo vultus. in cõi fo. tij. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. Ver dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Alla. v. Primus ad syon dicet ecce assum et hierusalem euangelistam dabo. Sequ. Laus deuota, in cõi fo. tij. Sedm mathcum. ix.

In illo tempore: Cum transiret iesus vidit hominem sedentem in theloneo mathcum nomine: et ait illi. Sequere me. Et surgens: secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discũbebant cum iesu et discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebãt discipulis ei⁹ Quare cum publicanis et peccatorib⁹ mãducat magister vester? At iesus audiẽs: ait. Non est op⁹ valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite quid est miam volo: et non sacrificium. Nõ eni veni vocare iustos: sed peccatores. Cr redo. Offz. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt et tribuisti ei alleluya. Secr.

Supplicationibus beati mathei apostoli tui & euãgeliste quesumus dñe ecclesie tue cõmendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per ỹ.

Alia secreta de sancto laudo.

Sicut beatum laudum confessorẽ tuum atq pontificem dñe ad eternam gloriam transtulisti sic ipsius meritis qs ad salutem nostram hanc presentẽ sctificata hostiã. y w. Preca. Et te dñe. Non dr in hac prefatione Per beatos apostolos. Cõio Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcõio

Sumpsimus domine venerabile sacramentum beati mathei apostoli tui & euãgeliste festiuitate letantes: qs vt suis precibus gliosis: & credendũ nobis iugiter postulet & sequendum vtũs euangelista qõ predicauit et docuit. y.

Alia postcõmunio de sctõ laudo.

REfecti mense celestis collatione qs dñe deꝰ noster: vt intercessione beati laudi confessoris tui atq; pontificis cuius veneramur solennia: ab oi nos semper aduersitate defendas. ℣. Scti mauricij socioꝝq; eiꝰ mar. Offiñ.

EXtret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu coꝝ: vindica sanguinẽ sãctoꝝ tuoꝝ q̃ effusus est. ℟. Deꝰ venerunt gẽtes in hereditatẽ tnã polluerunt templum sanctũ tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomoꝝ custodiã. Oratio.

ANnue qs ops deus: vt nos sctõrũ martyꝝ tuoꝝ mauritij/eruperij/candidi/victoris innocentij et vitalis socioꝝq; eorũ dẽ letificet festiua solennitas: vt quorũ suffragijs nitimur: natalicijs gliemur. ℣. Epla. Scti q̃ fidẽ in cõi fo. vi. Gr. Gliosꝰ deꝰ in sãctis mirabilis in maiestate faciẽs pdigia. ℟. Dextra tua dñe glificata est in vtute: dextra manꝰ tua cõfregit inimicũ. Allã. ℟. Te martyrũ candidatꝰ laudat exercitꝰ dñe. Seq̃. Ecce pulchra. in cõi fo. vij. Euã. Descendẽs ielꝰ de mõte. i cõi fo. viij. Offꝝ. Letami in dño et exultate iusti: et gliami oẽs recti coꝝ

PResentes hostias (delect. dñe qs merita gliosa martirũ thebeoꝝ tibi reddãt acceptas pro q̃ꝝ tibi pcioso sanguie sũt dicate. ℣. Cõ. Justoꝝ aie i manu dei sũt et nõ tãget illos tormẽtũ malicie. visi sũt ocꝭ insipiẽtiũ mori illi autem sunt in pace. Postcõio.

REquiẽ eternã dona eis domine: et lux ꝑpetua luceat eis. ℟s Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddet votũ i hierusalẽ. exaudi orõem meã ad te omis caro veniet. ℣ Fidelium deus oim cõditor et redemptor aiabus oim fidelium defunctorum remissionẽ cũctorum tribue pctõrum. vt indulgẽtiã quã sẽp optauerũt pijs supplicationibus consequãtur. Qui cũ. Nulla fiat mcõ. ad hãc missã: licet corpus ꝓsẽs affuerit. ℣ Lectio epystole beati pauli apli. Ad thessalonicen. i. iiij

FRatres: Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini. sicut et ceteri qui spem nõ habẽt. Si enim credimus q ihesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos q dormierũt per ihesũ adducet cũ eo. Hoc enim vobis dicimus in vbo dñi: qz nos q viuimus q residui sumus. in aduẽtu dñi non ꝓueniemus eos q dormiert. Qm ipe dñs in iussu et in voce archãgeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui q in xpo sũt resurgẽt ꝓmi. Deinde nos q viuimus q relinqmur: simul rapiemur cũ illis i nubibus obuiã xpo i aera. et sic sẽp cũ dño erimus. Itaq cõsolamini inuicẽ: in verbis istis. ℣ Et legat in pulpito. Qua lecta tres clerici de scõa forma hitu nõ mutato ibidẽ dicãt ℟y. Requiẽ eternã dona eis dñe et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. Aie eorũ in bonis demorent et semẽ eorum hereditet terram. Tractus.

DE ꝓfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meã. Fiãt aures tue intẽdentes: i oronẽ serui tui Si iniqtates obseruaueris dñe dñe qs sustiebit Qz apũd te ꝓpiciatio est: et ꝓpter legẽ tuã sustinui te dñe Et dixit cũ eoũ cãtu: q in dñica septuagesime: et dixit a quattuor clericis de superiori gradu ad gradum chori hitu nõ mutato: et interi ꝓcedat dyaconus cũ subdiaco. et cereofer. et thur. sine cruce ad pnũciandũ euangeliũ. Sequitur sancti iohannem. xi.

IN illo tẽpore: Dixit martha ad ihesum Dñe si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed et nũc scio: quia quecũq poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio. quia resurget in resurrectiõe: in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sũ resurrectio: et vita Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit viuet. Et omis qui viuit et credit inõ me: non morietur in eternum. Credis hoc. Ait illi. Vtiq dñe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei viui: qui in hunc mundũ venisti. Et legatur in pulpito more dñicali. Nõ dicit Credo. Offy. Opie deus qui ꝓmisti hoiem ad etnã glĩaz reuocasti: pastor bone qui ouẽ pditã pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dũ venerit iudicare lidera de morte aias eorum qs redemisti: ne tradas bestijs aias confitẽtes tibi ne derelinqs eas i finẽ Nõ dr. Hostias et ꝓces.

nesp versus. Requiem. Secreta.

HOstias qs dñe quas tibi p aiabus oim fidelium defunctoꝝ offerimus ppiciat⁹ intẽde: vt quibus fidei christiane meritũ cõtulisti: dones et premiũ. ℣. Cõ. ℟. Pro quoꝝ meõria corp⁹ xpi sumit dona eis dñe requiẽ sẽpiternã. ℣⁹. Et lux ppetua luceat eis. ℟. Pro qꝝ meõria sãguis xpi sumit dona eis dñe requiẽ sẽpiternã. Postcõio.

AIumad⁹qs dñe oĩm fideliũ defũctoꝝ oro prosiciat supplicantiũ: vt eas et a pctis oĩbus eruas: et tue redẽptionis facias esse participes. Qui cũ deo patre in vnit. Si hec ꝙmeõratio in dñica contigerit differaꝛ in crastinũ et fiat totum seruitium de dñica et tũc fiat memoria de martyꝛib⁹ eustachio sociisq eius. Oratio

OAnobis qs dñe sctoꝝ martyꝛũ tuoꝝ eustachij sociorũq eius intercessione leticiã pacẽ: vt quoꝝ gaudemus triũphis: protegamur subsidijs. p. Secꝝ.

ASsume qs ops deus in honore sctoꝝ martyꝛũ tuoꝝ eustachij sociorũq ei⁹ hec tibi oblata libamina: quoꝝ pia supplicatione placat⁹: et preteritoꝝ veniã et futuroꝝ nobis cautelã prebeas delictoꝝ. ℟. Per. Postcõio.

SUmpsim⁹ dñe diuina misteria beatoꝝ martyꝛũ tuoꝝ eustachij sociorũq ei⁹ merita veneratẽs: presta qs: vt eoꝝ semꝝ et fidelimunimur auxilio et magnifico proficiamus exemplo. ℟. Per dñm.

CSctẽ vbenefrede vgis et m. oĩ.



Oquebar de testimonijs tuis in cõspectu regũ et nõ confundebar: et meditabar i mãdatis tuis q dilexi nimis. p. Vti imaculati i via: q ãbulãt in lege dñi. oꝝ

EXaudi nos de⁹ salutaris nr vt sicut de beate vbenefrede virginis et martyꝛis tue festiuitate gaudem⁹ ita pie deuotionis erudiamur affectu. ℣. Epla. Sapientia laudabit. in cõi folio. xv. ℣. Speciosa. Specie tua et pulchꝛitudine tua i tẽde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffusa est gra i labijs tuis: propterea bñdixit te de⁹ in eternũ. Secꝝ. Exultem⁹ in hac in cõi fo. xiiij. Euã. Simile est regnũ celoꝝ the. in pi fo. xiiij. Offꝝ.

Offerentur regi virgines post eã proxime ei⁹ offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

HOstias dñe quas tibi offerimus ppicius respice: et itercedẽte bta vbenefreda vgine tua et martire: vincula pcõꝝ nroꝝ absolue. p. Cõio. Fecisti iudiciũ et iusticiam dñe nõ calumnientur michi superbi: ad oĩa mãdata tua dirigebar: odẽm viã iniqtatis odio habui.

PLaceant tibi qs mi Postcõ fericoꝛs deus nre seruitutis obsequia: vt misteria sacrosãcta que sumpsimus: intercedente bta vbenefreda virgine tua et martyꝛe: et tuam gratiam nobis concilient et eterne felicitatis gaudiũ subministrent. ℟. Per dominũ.

CScti leonardi abbatis. Offm.



Iusti meditabit sapiẽtiã et lingua ei⁹ loquet iudiciũ ler dei ei⁹ in coꝛde ipsi⁹ ps. Noli emulari in malignãtib⁹: neq zelaueris factẽtes iniquitatem. Oꝝ.

PReces nras qs dñe celesti dona prosequere: vt qui de

beati leonardi cõfessoris tui atq; abbatis patrociniis gloriamur: eius meritis atq; suffragiis apud te semper adiuuari mereamur. ℣. Epla. Justus cor suũ tradet. in ẽi fo.xij. ℟. Os iusti meditabit sapientiã et lingua eius loquet iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Allã. ℣. Posui adiutoriũ super potentẽ & exaltaui electũ de plebe mea. Scẽ. Adest no. in cõi fo.r. Euã Nemo accẽdit. in ẽi fo. rij. Offe. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SUscipe dñe munera tue pietati humiliter imolanda: et concede: vt nobis sancti leonardi cõfessoris tui atq; abbatis itercessione fiãt salutaria: cuius natalicijs ea tibi spam⁹ accepta. ℣. Cõ. Fidelis seruus & prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã: vt det illis i tẽpore tritici mẽsurã. Postcõ

PUrificet nos dñe ꝗs tui perceptio sacramenti: et que p beati leonardi cõfessoris tui atq; abbatis veneranda solennitate gerimus eius nobis patrocinãtibus meritis: ad indulgentiã proficiat eternam. Per do. ℂ Scti quattuor coronatorũ mar. Offm.

EXtret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ redde vicinis nris septuplũ in sinu eor: vindica sanguinẽ sanctorũ tuor q effusus est. De⁹ venerunt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum sanctũ tuũ / posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. Oratio

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres tuos claudiũ nichostratum / simphorianum / castoriũ atq; simpliciũ fortes in sua cõfessione cognouimus pios apud te in nra intercessione sentiamus. ℣. Epla Justor aie. in cõi fo.vi. ℟. Vindica dñe sanguinẽ sanctorũ tuorum qui effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruorũ tuor escas volatilibus celi carnes sanctor tuor bestijs terre. Alleluya. ℣. Mirabilis dominus noster in sctis suis Euangelium. Cum audieritis. in cõi folio. viij. Offe. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

BEncdictio tua quesumus domine larga descendat: que et munera nostra deprecantibus sãctis martyribus tuis claudio / nichostrato / simphoriano / castorio / atq; simplicio tibi reddat accepta et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per dominũ Cõio. Posuerũt mortalia seruor tuor dñe escas volatilibus celi: carnes sanctor tuor bestijs terre scdm magnitudinem brachij tui posside filios mortipunitor. p⁹ cõ

QUestibus refecti sacramentis et gaudijs supplices te domine deprecamur: vt quorum gaudemus triumphis protegamur auxilijs. Per dñm nostrum.

ℂ Scti theodori martiris. Offe.

IN virtute tua dñe letabitur iustus: et sup salutare tuũ exultabit vehementer: desiderio aie eius tribuisti ei. ℘s. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Oratio.

DEus qui nos beati theodori martyris tui confessione

gloriosa circundas et protegis: in tui nois amore roboremur. ℣. Epla Eccle sacerdos. in cõi fol. r. ℟. Dñe preuenisti eũ i bñdictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide pciosο. Allã ℣. Hic martin⁹ pauper et modic⁹ celũ dines ingreditur: hymnis celestibus honorat. Secℜ. Sacerdotẽ xpi. Require in trãslatione eiusd Euãgeliũ. Homo quidam peregre in cõi folio. xi. Offr. Veritas mea & misericordia mea cũ ipo & in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secℜ.

DEus qui omne bonũ in tui sacri corporis mysterio contineri voluisti concede propicius vt hoc munus quod in beati martini confessoris tui atq; pontificis veneratione tibi offerimus: ipso intercedente nobis profícere sentiamus. Per do. Alia secreta.

SAcrificia ista tibi vero eterno q; pontifici oblata dñe tu sanctifica: et interueniente beato menna martyre tuo: ita nos facẽs hec tractare misteria vt ipsi tibi et templũ & hostia placabilis esse mereamur. Qui. Cõ. Beatus seru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis super oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõ

AVxiliare q̃s dñe pplo tuo: vt sacramentorũ tuor̃ virtute pficiens intercedente btõ martino confessore tuo atq; pontifice & tuo sẽper munere gubernetur: et ad redẽptõis eterne ptineat te ducẽte cõsortiũ. Per. Alia postcõ.

HEc in nobis quesumus domine gratia tua semper exerceat: vt diuinis instauret corda nostra mysteriis et beati menne martyris tui festiuitate letificet. Per dñm. Quotidie per oct. dicitur eadem missa: sed sine se-

quentia: nisi festum interceurrat et nisi in dñica: vel quando dicit de sancta maria: vel missa Salus populi. restat cantanda. ℭ Scti brictij epyscopi et cōfessoris. offm

SAcerdotes dei benedicite dñm: scti & huiles corde laudate deū. ℣s. Benedite omia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

OOnserua quesums domine ppm tuū intercessione bti brictij cōfessoris tui atq; pōtificis in tuo amore ꝙfūū: vt mereamur ipso intercedente cōsortes fieri celestium gaudiorū. Per dominū. Memoria de scto martino. Epla Justum deduxit. in cōi fo.x. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo ℟. Non est inuētus silis illi qui cōseruaret legē excelsi. Alla. ℣. Amauit eū dñs et ornauit eū stola glie induit eū. Si dñica fuerit dicitur sequentia de cōi fo.x. Euāge. Homo quidā nobilis. in cōi fo.v. Offr. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachium meū confortabit eum. Secreta.

SAncti brictij cōfessoris tui atq; pōtificis dñe ꝙs ānua solennitas pietati tue nos reddat acceptos vt p hec pie oblationis officia: seculi presentis miserias euadamus: & gre tue bñficia cōsequamur. p. Cō. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mēsurā. Postcō.

QUi sacris refecti diuinis domine deus noster ꝙs vt bti brictij confessoris tui atq; pontificis vbiq; intercessione nos protegas: in cuius annua veneratione hec tibi obtulimus sacramēta. ℣. ℭ Scti machuti epi & cfes. offm.

STatuit ei dñs testamē tū pacis: et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū ℣. Mias dñi: i eternū cātabo. Or.

OMps sempiterne deus populi tui preces exaudi qui beatū machutū cōfessorē tuū atq; pōtificem virtutis gra decorasti: et eū hodie in celesti glia suscepisti. ℣. Memoria de scto martino. Epla Ecce sacerdos. in cōi fo.x. Grad. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū manus eni mea auxiliabit ei: & brachiū meū corroborabit eū. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo & filius iniquitatis nō nocebit eū. Alla ℣. Justus germinabit sicut liliū & florebit i eternū ante dñm. Sequn. de cōi fo.x. Euā. Homo quidā nobilis. in cōi fo. v. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornus eius. Secreta

OBlationes nras ꝙs dñe propiciatus intende: quas tibi in honore bti machuti cōfessoris tui atq; pōtificis cōsecrādas deferimus pcātes vt ipius meritis & intercessiōe pctōr oim q̄ negligēter gessimus te propiciante venīa consequi mereamur. p. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eū. Postcōio.

QUos donis celestibus dñe satiasti: sancti machuti confessoris tui atq; pontificis benignus attolle plīdijs: vt a mortis omnibus expediti post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum nostrū. ℭ Sancti edmundi archiepiscopi. Ad missā. Offm.

Gaudeamus oēs in dño diem festū celebrantes sub honore edmundi p̄sulis de cuius solennitate gaudent angeli et collaudāt filium dei. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oꝝ

Deus q̄ largiflue bonitatis ꝛfilio eccleſiam tuam beati edmundi confessoris tui atq; pontificis p̄clare vite meritis decorasti et gliosis letificasti miraculis cōcede ꝓpicius: nobis famulis tuis vt ē ipsi⁹ i meli⁹ reformemur exemplis: et ab oīb⁹ eius patrocinio p̄tegamur aduersis. ꝑ. Meōria de sācto martino. Epla. Ecce sacerdos magn⁹ qui in vita sua cōi fo. r. Gy. Dñe ꝓuenisti eū i bñdictōib⁹ dulcedinis posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide ꝑcioso. ꝟ Vitā petiit ē tribuisti ei lōgitudinem dierū i sēc̄m sēc̄i. Alla. ꝟ. Hic martin⁹ pau⁹ ē modic⁹ celū diues ingredit: hymnis celestib⁹ honoratur. Seq̄. de ꝛi. sc̄z Alma chor⁹. tn ꝛi fo. r. Euāge. Hō q̄dā pegre. in cōi fo. rī. Offy. Veritas mea ē misericordia mea cū ipo: et i noie meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta

Beati edmūdi cōfessoris tui atq; pōtificis q̄s dñe ꝑcibus munera tibi offerēda cōplaceāt et oblata nobis p̄ficiāt ad salutē. ꝑ. Cō. Btūs seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amen dico vob⁹ sup oīa bōa sua ꝛstituet eū.

Mentes nr̄as q̄s dñe ſp⁹cōio sulcept⁹ robora sacramētis: vt sicut eas beati edmūdi cōfessoris tui atq; pontificis nouis dignatus es cōfortare miraculis sic etiā iuuare suffragi⁹ et illustrare digneris exēplis. ꝑ. Cōmune plurimorum martyrum.

Edmūdus

Tatuit ei dñs testamentū pacis: et p̄incipem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias domini: in eternū cantabo. Oratio.

Deus q̄ beatū hugonē cōfessorē tuū atq; pōtificē: eminentia meritor⁹ et claritate signorū excellēter ornasti: concede p̄picius: vt ei⁹ exēpla nos ꝓuocent et virtutes illustrent. ꝑ. Meōria de sctō antano ꝛfes. Oꝝ.

Deus qui sanctā nobis hui⁹ diei celebritatē ꝓ vtī anie ni cōfessoris tui atq; pōtificis solēnitate tribuisti: adesto familie tue ꝑcib⁹ ē da: vt cui⁹ hodie festa celebram⁹: ei⁹ meritis ē intercessiōib⁹ adiuuemur. ꝑ. Meō. ō sctō martino vtūs. Epla Dilect⁹ deo. i ꝛi fo. r. Gy Dñe ꝓuenisti eū in bñdictiōib⁹ dulcedinis: posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide ꝑcioso. ꝟ Vitā petiit ē tribuisti ei lōgitudinē dierū i sēc̄z sēc̄i. Allā. ꝟ. Iust⁹ germinabit sicut lilium ē florebit i eternū āte dñm. Seq̄. ō ꝛi f. rī. Euā. Vigilate vigilate i ꝛi fo. rī. Offy. Veritas mea ē mia mea cū ipo ē i noie meo exaltabitur cornu eius Secreta.

Oblata tibi munera q̄s dom̄le btūs hugo confessor tuus et pōtifex ꝓsequat: et meritis eius adiuti: ꝓ ea gr̄am et gl̄iam cōsequmur. ꝑ. Alia sec̄y. de sctō antano.

Preces nostras quesum⁹ dom̄ine ꝓpiciatus admitte et dicatū tibi sacrificiū vtī anie ni confessoris tui atq; pontificis cōmendet oro. Alia secreta de s. cō martino vtūs. Cōio. Btūs seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eū. Poſt.

Oltre seruitutis obsequia ꝗs dñe deus btūs hugo confessor tuus et pōtifex tibi reddat accepta ne sacramenti celestis effectū reatus nr̄a nobis excludat.℣. Alia postcōio de sancto aniano.

Omps et misericors de⁹: qui nos sacramentor̄ tuor̄ participes effecis ac ministros: p̄sta ꝗs: vt intercedēte btō aniano, r̄fessore tuo atq; pōtifice: & fidei p̄fectam⁹ augmēto: et vtitudinis ei⁹ iungamur consortio. ℟. Per dūm. Alia postcō. de sctō martino vt̄s. ¶ In octa. sancti martini. Offn

Statuit ei dūs testamē tū pacis et p̄incipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū.℣. Mias dūi: i etnū cātabo. or̄

Oncede ꝗs ops deus: vt bti martini cōfessor̄is tui atq; pōtificis frequētata solēnitas ad ppetuā pplo tuo p̄ficiat salutem et quē sepi⁹ veneramur in terris sēp habeam⁹ patronū in celis. ℟. Epla. Ecce sacerdos in cōi fo. x. By. Dñe ꝓuenisti eū in bñdictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite ei⁹ cor̄onā de lapide ꝑcioso. v⁹. Vitā petijt & tribuisti ei longitudinem dierū in sc̄m seculi. Alla. v. Hic martin⁹ paup et modicus celū dines ingredit: hymnis celestib⁹ honor̄at. Eua. Hō qdā ꝑegre. in cōi folio. x. Offr̄. Veritas mea & mia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cor̄nu eius. Secreta.

Hec oblatio dñe ꝗs quā ite= rata sancti martini cōfessor̄is tui atq; pontificis festiuitate offerimus tue maiestati p̄ficit nobis ad ĩdulgentiā: vt per eā a nostris liberemur p̄ctis & sacris altaribus astare digni efficiamur. ℟.

Cō. Btūs seru⁹ quē cū venerit dō⁹ inuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oia bona sua r̄stituet eū. p⁹ cō

Sacramēta dñe ꝗs q̄ sūpsim⁹ btō martino confessor̄e tuo atq; pōtifice intercedente: ab oi nos aduersitate defendāt & ꝓpetua ꝑ spitate tibi soli seruire r̄cedāt. ℟. ¶ Si iste oct. in do. vel in sabbō r̄tigerint fiat de eis meō. ad missā absq; missa in cap. ¶ Scti edmūdi regis & martyr̄is. Officium.

Gloria & honor̄e coro nasti eū & r̄stituisti eū sup opa manuū tuar̄. ps. Dñe dūs noster: ꝗ admirabile est nomē tu ū i vniuersa tra. or̄

Deus ineffabilis mie q̄ btissimū regē edmundū tribuisti p tuo nole ĩimicū mor̄i & vincere r̄cede ꝓpici⁹ familie tue: vt eo ĩterueniēte mereat i se antiq hostis incitamēta supando extinguere. ℟. Epla. Btūs vir q iuē. i cōi fo. iiij. By. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide ꝑcioso. v. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei & volūtate labiorum eius nō fraudasti eū Alla. v. Letabit iust⁹ in dño & spabit i eo et laudabunt oēs recti cor̄de. seq Organicis i r̄i fo. iiij. Eua. Si qs venit ad. i r̄i fo. v. offr̄. Glia & honor̄e cor̄onasti eū & cōstituisti eū sup opa manuū tuarū dñe. Secr̄

Hec sacrificia redemptionis nr̄e ꝗs ops de⁹ clemēter respice: & intercedēte btō edmūdo rege et martire tuo ꝑ hac familia tua placatus assume. ℟. Cō. Magna est glia ei⁹ in salutari tuo gliame magnū decor̄ē impones sup eum dñe

Sint tibi ops de⁹ gra (Postcō ta nr̄e seruitutis obsequio et hec hostia q̄ sūpsim⁹ intercedēte btō

edmūdo rege ⁊ martyre tuo ꝓsint nobis ad capescenda ꝓmia vite perpetue. ꝑ dūm. ℂ Sācte cecilie virginis ⁊ martyris. Officiū.

Loquebar de testionīs tuis in cōspectu regū et nō confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati immaculati i via: qui ambulāt in lege domini. Oratio.

Deus q̄ nos annua btē cecilie virginis tue et martyris solēnitate letificas da vt quā veneramur officio: etiā pie ꝙuersationis seq̄mur exēplo. ꝑ. Epla Dñe dei in ꝙi.co. xiij. ℣. Audi filia ⁊ vide et inclina aurē tuā q̄ ꝙcupiuit rex speciē tuā. ℣. Spē tua ⁊ pulchritudine tua itēdc ꝓspere pcede ⁊ regna Allā. ℣. Veni electa mea ⁊ ponā i te thronū meū q̄ ꝙcupiuit rex speciē tuā. seq̄ Exultem⁹ i ꝙi co. xiij. Eua. Sike ē re. ce. the. i ꝙi co. xiij. Offy. Offerent regi virgīes post eā prime ei⁹ offerent tibi. Secre.

Qresta q̄s oīs et misericors deus: vt sicut diuina offerimus i sctē cecilie v̄gis tue et martyris solennitate sacramēta sic indulgentie tue largitatē p̄ys ei⁹ p̄cib⁹ asseqūmur. ꝑ. Cō. Cōfūdat su pbi q̄ iuste iuxtatē fecerūt in me: ego aūt i mādatis tuis exercebar i tuis iustificatiōib⁹ ⁊ nō ꝙfūdebar

Sacramēt⁹ tuor⁹ dñe ꝙ⁹ cō. Spticipes effecti iplorem⁹ clemētiā tuā vt btē cecilie v̄gis tue ⁊ martyr⁊ interuētu pct̄or nr̄or⁹ venia cōseqū mereamur. ꝑ. ℂ Sācti clemētis pape ⁊ martyris. officiū

Dixit dñs sermōes meos q̄s dedi i os tuū nō deficient de ore tuo adest eni nomē: ⁊ mūera tua accepta erūt super altare meū. ℣. Dñe exaudi orationem meam: et clamor me⁹ ad te veniat. or̄ Deus q̄ nos annua btī clemētis martyris tui atq̄ pōtificis solennitate letificas: cōcede ꝓpici⁹. vt cuius natalicia colimus / virtutem quoq̄ passionis imitemur. ꝑ. Deo. de icta felicitate virgie. or̄.

Qresta q̄s oīs de⁹: vt btē felicitatis martyris tue solennitia recēlentes meritis ipsi⁹ ꝓtegamur et ꝓcibus. ꝑ dominū. Epla. Ad philippenses. iiij. capi.

Fratres: Rogo vos carissimi et desideratissimi: gaudiū meū et corona mea / sic state i dño carissimi. Rogo euchodiā et synthicē deprecor: idipsū sapere in dño. Etiā rogo te germane ꝙpar: adiuua eas q̄ mecū laborauerūt in euāgelio cū clemēte / et ceteris adiutorib⁹ meis. Quor⁹ nomina sūt: in libro vite. ℣. Jurauit dūs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scōm ordinē melchisedech. ℣. Dixit dūs dño meo sede a dextris meis Allā. ℣. Iste sctūs digne i memoriā btī hoīs q̄ ad gaudia trāslit ā gelor⁹ seq̄. Organicꝫ i ꝙi co. xiij. Eua Hō qđ no. i ꝙi co. v. offy. Inuent dauid seruū meū ⁊ soles sctō vnri eū man⁹ ei⁹ mea auxilia btī ei ⁊ brachiū meū ꝙfortabit eū

Pro passiōe dti clemētꝫ Sec. martyris tui atq̄ pōtificis: gratāter tibi dñe mun⁹ offerim⁹ q̄ sicut eū sentimus in te viuere gl̄iosū sic ꝓ nobis iteruenire confidim⁹. ꝑ. Alia sec. de sctā felicitate.

Tua tibi dñe ꝓ sctē felicitatis gl̄iosa solēnitate deferimus obsecrantes: vt q̄ nobis huius celebritatis effectū: et confessione dedicauit et sanguie: mi

serationis tue cõtinuũ ꝑplozet auxiliũ.ꝑ.Cõ. Btũs seruꝰ quẽ cũ venerit dñs ꝰ iuenerit vigilãtẽ amẽ dico vobꝫ supꝫ oĩa bõa sua ꝓstituet eũ

PUrificent nos dñe mysteriõrũ ꝗs et diuini perceptio sacramenti:et gliosa deprecatio beatꝝ demẽtis martiris tui atq; põtificis.ꝑ. Alia postcõ. de scã felicitate

HEc dñe sacramenta sumentes ꝗs vt intercedente beata felicitate martyre tua vite eterne in nobis nutriant alimenta.ꝑ.

Csci grisogoni martiris. Oflo



ria & honore coronasti eũ & ꝓstituisti eũ supꝫ opa manuũ tuarꝫ. ps. Dñe dñs noster: ꝙadmirabile est nomẽ tuũ i vniuersa tra. ỹ.

HAdest o dñe supplicationibꝰ nostris vt ꝙ ex iniqtate nostra reos nos esse cognoscimus: bti grisogoni martyris tuis intercessiõe liberemur.ꝑ. Epla: Btũs homo qui inuenit. in cõi fo.i. Gꝫ. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide pciosoỽ. Desiderium aie eiꝰ tribuisti ei & volũtate labtorum eius nõ fraudasti eũ. Alla.ỹ. Beatꝰ vir qui suffert tentationẽ qm cũ pbatus fuerit accipiet coronã vite. Euange. Qui vas audit in cõi fo.iij. Offꝫ. Gloria & honore coronasti eũ: & cõstituisti eũ super opa manuũ tuarũ dñe. Secꝫ

QUnera nra ꝗs dñe sincero vultu suscipe vt intercedẽte beato grisogono martyre tuo criminũ nrorꝫ cõtagia cuncta expurgent.ꝑ. Cõ. Posuisti dñe i capite eiꝰ coronã de lapide pciosoỽ cõ.

ANnue ꝗs dñe: vt mysteriis tuis recreati:sancti ꝙq; grisogoni martiris tui sẽpꝫ muniamur auxiliis.Per dñm. Csancte katherine virginis & martyris.off.

MEexpectauerunt petores vt perderent me:testimonia tua domine intellexi ois consũmationis vidi finem: latum mandatũ tuũ nimis.ỹ. Bti imaculati i via: qui ambulãt in lege domini. Ỽ.

OMps sempiterne deꝰ ꝙ corpus gliose virginis tue katherine in montẽ synai ab angelis deferri iussisti:cõcede ꝗs:eius obtentu nos ad arcem virtutum ꝓuehi:vbi visionis tue claritatem mereamur itueri.Per.Epla Cõfitebor tibi,in cõi fo.xiij. Gꝫ. Specie tua et pulchritudine tua intende ꝓspere ꝓcede et regna.ỹ. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua.Allã.ỹ. Loqbar de testionijs tuis in ꝓspectu regũ & non ꝓfundebar dñe.Sequ.

OMas hac in die leras:rpõ canit omnis etas corde voce & dibus. Omnẽ spectat ad etatẽ katherine dignitatẽ cumulate laudibus. Hec est illa costi nata cuiꝰ ortu decorata gliat grecia Hec est que mnam sibi datam/rpo reddit duplicatã oris eloquentia. Scolis vacans artes discẽs altiora cõcupiscẽs studet euãgelio. Duo legens testamenta vite videt altmẽta rpm in ꝓsepio Cibo dulci refouet quo plus gustat plus augetur sctm̃ desiderium. Cibo confortatur isti:se configens cruci christi currit ad martyriũ. Ver hĩc terret hinc blãditur hec nõ timet nec lenitur:ꝓ mẽtis constãtia. Hinc terrores vt fauille/hinc res seruꝝ vel ancille spernuntur vt vilia. Sapientes superant credunt rpo

flāmis dank sed nec perit fimbria
Carcerat virgo cela: vilitatur sit
illesa superū p̄sentia. Quā regi
na dū solat: ad certamē inuitatur
fauet ouans cozonatur certat die
tercia. A colūba dū cibatur vgo ro
ta fabricat ozat nerus dissipatur:
sternit plebs īpia. Tot trīūphās
in tozmentis ad supna cū ducētis
p̄emittit pozphiriū. Impetrato
q̄quid ozat ferit lictoz lac irrozat
ferentis gladiū. Cozp⁹ celit⁹ su-
blatū est ilīna tumulatū tūba ma
nat oleū. Syna ignis illustratur
celū sibi gloziat addi sidus aureū
Virgo sydus honestatis dux & de
cus pbitatis: xpi reos maiestatis
xpo reconcilia. Mas virtutum via
mozum flos odozis odoz floz nos
tuere nos celozū trālfer ad pala-
tia. Euā Sike est re.ce. the. in cōi
so. rv. Offy. Filie regū in honoze
tuo astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circūdata va

Suscipe q̄s (rietate. Secreta
dñe ppicius oblatiōes tuoz
fidelium q̄s tibi in honoze sctē ka
therine virgis tue & martyzis ho
dierna solēnitate letanter offeri-
mus sicq; uobis ipa ītercedente p
hoc sacrificiū placatus adesto: vt
nos et a periculis hui⁹ vite clemē
ter eripias: et a pctis oib⁹ miser a
tus absoluas. p. Cō. Simile est re
gnū celozū hoī negociatozi q̄rēti
bonas margaritas: īuenta vna p
ciosa margarita dedit omia sua et

Ucōparauit eā Postcōmunio
A q̄s dñe p̄ sancta que sūpsi
mus ppio tuo salutē mentis & coz
poris et ītercedēte btā katherina
virgine tua & martyze i cuius ho-
nore letamur ppetuis consolatio
nibus tuoz reple coꝛda fideliū: vt
diuina p̄fectione reuelati: et pia
tibi deuotione cōplaceant: et tua
semper beneficia consequant. p.

Sancti lini pape et mar. offm.

Sacerdotes tui domine
induant iusticiā: et sancti
tui exultent ꝓpter da-
uid seruum tuum non auertas fa
ciē xpi tui. p. Memento dñe dī: et
oīs mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctā nobis hu-
ius diei leticiam p̄ cōme-
moratione beati lini martyzis tui
atq; pontificis fecisti adesto fami
lie tue p̄cibus: et da vt cuius ho
die festa celebramus: eius meri-
tis et ītercessionibus adiuuemur
per do. Epla. Omnis pontifex
in cōi fol. v. Gy. Inueni dauid
seruū meū oleo sctō meo vnxi eū
man⁹ eni mea auxiliabitur ei / et
brachiū meū cꝛoꝛtabit eū. v. Ni-
chil p̄ficiet inimicus i eo: et filius
iniq̄tatis non nocebit eū. Alla. v.
Elegit te dñs sibi in sacerdotem
magnum in ppio suo. Euange.
Homo quidam nobil. in cōi so. v.
Offy. Inueni dauid seruū meum
et in oleo sctō vnxi eum: man⁹ eni
mea auxiliabit ei et brachiū me-
um confoꝛtabit eum. Secreta.

Intende ppici⁹ q̄s dñe obla-
ta tibi hec munera et deh̄ca-
tione bti lini martyzis tui atq; pō
tificis i cui⁹ ea cōmemoratione dele
rimus noliōs eadē sctifica. per.
Cōio. Btūs seru⁹ quē cū venerit
dñs inuenerit vigilantē amen dico
vobis sup oia bona sua cōstituet

Sumpsimus dñe eū. Postc.
in scti martyzis tui atq; pō
tificis lini solennitate celestia sa
cramenta cui⁹ suffragiis q̄s largi
aris vt quod tēpoꝛaliter gerim⁹
eternis gaudiis cōsequamur. per

Explicit sanctoꝛale.

Incipit commune sanctorum. In vigilia vni⁹ apostoli siue euā gelicte. Ad missam. Officium.



Go autē sicut oliua fructificaui in domo dñi: spaui in misericordia dei mei et expectabo nomē tuum qm̄ bonū est ante aspectū sanctorū tuorū. ℣. Quid gloriaris in malitia: q potēs es in iniquitate. Or.

Quesum⁹ ops de⁹ / vt nra de uotio q̄ natalicia beati N. apostoli tui antecedit: patrocinia nobis intercessiōe ei⁹ accumulet. ℣ō. Lectō libri sapie. Eccliastici. xlv

Benedictio dñi sup caput iusti: ideo dedit illi hereditatē et diuisit illi partē in tribub⁹ duodecim / & inuenit gratiā in aspectu omis carnis. Et magnificauit eū in timore inimicorū: & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū in aspectu regū: & ostēdit illi gloriā suā. In fide & lenitate ipsius sctm fecit illū: & elegit eū ex omī carne. Et dedit illi cor ad precepta: et legē vite et discipline / & excelsū fecit illū. Statuit ei testamētū eternū: & circūcinxit eū zona iusticie. Et induit eū dñs: corona glorie. Lectio libri sapie. Prouerbiorū. iii

Beatus homo qui inuenit sapientiā: & qui affluit prudētia. Melior est acquisitio ei⁹ negociatione argēti & auri: primi & purissimi fruct⁹ eius. Pretiosior est cūctis optibus sapientia: et oīa q̄ desiderātur huic nō valēt cōparari. Longitudo dieꝝ in dextera ei⁹: et in sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulchre: & omēs semite illi⁹ pacifice. Lignum vite est his qui apprehenderint eā: & q̄ tenuerit eā beat⁹ Dñs sapiētia fūdauit terrā: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illi⁹ eruperūt abysi: & nubes roze crescūt. ℟. Iust⁹ vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur i domo dñi. ℣. Ad annūciādū mane misericordiā tuā: & veritatē tuā p noctē. Si dñica fuerit: dicat vnū Alla. ℣ō. apostolorū. Scōm iohannem. xv.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sū vitis vera: & pater me⁹ agricola est. Oēm palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eū. Et oēm qui fert fructū purgabit eū: vt fructū pl⁹ afferat. Jā vos mundi estis: ppter sermonē quē locut⁹ sū vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso nisi mānserit i vite: sic nec vos nisi in me mānseritis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui manet in me & ego in eo: hic fert fructū multū / qz sine me nichil potestis facere. Si quis in me nō mānserit: mittet foras sicut palmes & arescet. Et colligent eū: & in ignē mittēt & ardet. Si mānseritis in me / & verba mea in vobis mānserint: qcūq̄ volueritis petetis: & fiet vobis. Scōm iohānē. xv

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui manet in me & ego in eo: hic fert fructū multū / qz sine me nichil potestis facere. Si qs in me nō mānserit: mittetur foras sicut palmes / & arescet. Et colligēt eū: et in ignē mittent et ardet. Si mānseritis in me et verba mea in vobis mānserint: quodcūq̄ volueritis petetis / et fiet vobis. Offerto.

Glia et honore coronasti eū: & cō
stituisti eū sup opa manuū tuarū

ACcepta tibi sit dñe Hec. nē deuotionis oblatio: et ad apostolicā puriores nos faciat venire festiuitatem. ℣. Prefatio quotid. Cō. Magna est glia ei⁹ in salutari tuo gliam & magnū decorem ipones sup eū dñe. Postcōio

PResta nobis eterne largitor eius vbiq; pia protectione: cui⁹ natalicia per hec sancta que sumpsimus: votiuo prenenimus obsequio. Per dominū.

¶ In die vnius apostoli. Officiū

MIchi autem nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortat⁹ est principatus eorum.

In tempore paschali. alleluya. ps. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā. Glia. Oratio

EXaudi dñe populū tuū cum sancti apostoli tui ℟ patrocinio supplicantē: vt tuo semper auxilio munitus: secura tibi possit deuotione seruire. ℣. Actō eple beati pauli apli. Ad ephesios. ij.

FRatres: Jam non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctor⁹ et domestici dei / superedificati super fundamentum apostolorum et pphetarū ipo sūmo angulari lapide xpo iesu. In quo oīs edificatio constructa: crescit in templū sanctū in dño. In quo et vos coedificamini in habitaculum dei: in spiritu sancto. Lectio actuum apostolorum. v.c.

IN diebus illis: Per manus aplorū fiebant signa et prodigia multa in plebe: et erant oēs vnanimiter i porticu salomonis.

Ceteror⁹ autē nemo audebat cōiūgere se illis: sed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credentiū in dño multitudo viror⁹ ac mulierū: ita vt in plateis eiicerēt infirmos / & ponerent in lectulis et grabatis vt veniēte petro saltē vmbra illius obūbraret quēq; illor⁹ / & liberarent ab infirmitatibus suis. Conc urrebat autē multitudo vicinarū ciuitatum hierusalem: afferētes egros et veratos a spiritib⁹ imūdis: qui curabant omnes. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortat⁹ est pncipatus eor. ℣. Dinumerabo eos & sup arenā multiplicabunt. ℟. In oēm terrā exiuit son⁹ cor⁹ & in fines orbis terre verba eor. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: et opa manuū eius annūciat firmamentū. ℟. Cōstitues eos principes sup oēm terrā meōres erūt nois tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: propterea pp̄li confitebunt tibi. Alla ℣. Nimis honorati sūt amici tui de⁹ nimis cōfortatus est principatus eor. Alla. ℣. In oēm terrā exiuit son⁹ cor: & in fines orbis terre verba eor. Alla. ℣ Per manus aūt aplor⁹ fiebāt signa & prodigia multa in plebe. Alla. ℣. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

BEatus vir qui Infra xxxiij timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣⁹. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculū seculi.

QUare sanctorum se- Scōn. natus apostolorum pīn-

ceps orbis terrarũ rectorq; regno rum. Ecclesiarũ mores et vitam moderare. Que per doctrinã tuã fideles sunt vbiq;. Anthiocus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrãnidem tu paule alexandrinã inuasisti greciã. Ethiopes horridos mathee agnelli vel lere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma bartholomee iohannes philippe symon. Jacobiq; pariles andrea thadee dei. Bellatores inclyti. En vos oriens et occidẽs. Immo teres mũdi circul⁹. Se patres habere gaudet et expectat iudices. Et idcirco mundus omnis laudes vobis et honorem sanctis debitum suppler

Himpendit. Sequentia.

Alleluya nunc decantet vniuersalis ecclesia. Extollendo laudes celsa apostolorũ pconia. Quorum princeps per crucem scandit petrus alta poli culmina. Doctor orbis triumphat sub nerone vrbe in romulea. Crux andree digna cõfert premia. Jacobus vteriq; nitẽt laurea. Egeas illum / hos iudaica gens transmisit ad etherea. Sunt matheo sũt iohanni collata. Duo clara gratiarum munera. Hyrtacus illum necat / hunc suas iesus vocat ad epulas. Philippus christi gratia docẽs predicat in scythia Thomas confossus lancea cursũ consummat in india. Symon et iudas dum sacra persis ostendũt monita. Fusus sãguis ambos stola perlustrauit purpurea. Bartholomeus dat indis vite dogmata. Mathie culmen dedit sors apostolica. Plaudat ergo tellus / plaudat celorum curia. Et hac die sacra plaudat presens familia. Honorando sacrosancta apostolorũ merita. Hi sunt candelabra ante deum lucentia. Hi prelati celsa summi regis i curia. Hi sal terre / hi lux mundi / hi clara celi lumina Jam palma iam corona iam promissa olim mensa illis est apposita. O ẽta ẽpreclara iam iocunda celebrantur illorum solẽnia. His nostra sint solennia. Sint vota sint preconia. Sint grata laudũ carmina. Scũm iohannem. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicẽ. Si mundus vos odit: scitote q; me porq; vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mund⁹ qõ suum erat diligeret. Q; vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seruus maior dño suo. Si me persecuti sunt: et vos persequent. Si sermonẽ meum seruauerũt: et vestrum seruabunt. Sed hec oĩa facient vobis propter nomẽ meum: q; nesciunt eũ q̃ misit me. Si nõ venissẽ et locutus fuissẽ eis: pctũ nõ haberẽt Nũc autẽ excusationẽ non habent: de pctõ suo. Qui me odit: ẽ patrẽ meũ odit. Si opa non fuissẽ i eis que nemo ali⁹ fecit: pctũ non haberẽt. Nũc aũt et viderunt et oderunt: et me ẽ pẽm meum. Sed vt adimpleat sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Secundũ mathẽum. x.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporũ Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Cauete autẽ ab hoĩbus. Tradent enim vos in consilijs: et in

synagogis suis flagellabūt vos: et ad reges et pñsides ducemini ppter me in testimoniū illis & gē tibus. Cū aūt tradent vos: nolite cogitare quō aut quid loq̄mini. Dabit enim vobis in illa hora: q̄d loquamini. Non enī vos estis q̄ loquimini / sed spūs pris vr̄i q̄ loquit in vobis. Tradet aūt frat̄ fratrē in mortem: et pater filium. Et insurgent filij in parentes: et morte afficiēt eos. Et eritis odio omnibus hoīb⁹ propter nomen meum. Qui autem perseueraue= rit vsq; in finem: hic saluus erit.

Secundum matheum. xix. cap̄lo

In illo tpe: Dixit symon pe= trus ad iesum. Ecce nos re= liquimus oīa: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus au= tem dixit illis. Amen dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me in rege neratione cū sederit filius hois i se de maiestatis sue / sedebitis & vos sup sedes duodecim / iudicantes duodecim tribus israel. Et ois q̄ reliq̄rit domū vel fratres / aut so rores / aut patrē / aut matrem / aut vxorem / aut filios / aut agros p̄o pter nomē meū: centuplū accipiet et vitam eternam possidebit.

Secundum matheum. xvi. cap̄lo

In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quē dicūt hoīes esse filiū hois? At illi dixerūt. Alij iohannē baptistā: alij aūt helyā / alij vero hieremiā / aut vnū ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos aūt quem me esse dicitis? Respondens autē symō petrus: dixit. Tu es xp̄s fi= lius dei viui. Respōdens autē ie= sus: dixit ei. Beatus es symō bar= iona / q̄r caro et sanguis non reue= lauit tibi: sed pater meus qui i ce= lis est. Et ego dico tibi q̄ tu es pe trus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Et porte inferi: non p̄eualebūt aduersus eam. Et ti= bi dabo claues: regni celorum Et q̄cūq; ligaueris super terrā: erit ligatū & in celis. Et quodcūq; sol ueris sup terram: erit solutū & in celis.

Secundum lucam. xvij. cap̄.

In illo tpe: Facta est conten tio inter discipulos iesu: q̄s eor̄ videret esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentiū dñant eor̄: & q̄ potestatē habent sup eos / būfici vocant. Vos aūt nō sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut iu= nior. Et qui p̄cessor est: sicut minī strator. Nā quis maior est qui re= cūbit an qui ministrat? Nōne qui re cūbit? Ego aūt in medio vestrum sū: sicut q̄ ministrat. Vos autē estis: qui p̄mansistis mecū in tēptationi bus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater me⁹ re gnū: vt edatis & bibatis sup men sā meā in regno meo. Et sedeatis sup thronos iudicātes: duodecim tribus israel.

Offr̄. In oēm terrā exiuit sonus eor̄: & in fines orbis terre verba eor̄.

Offr̄. Cōstitues eos p̄ncipes sup oēm terrā: memo res erunt nois tui in oī p̄genie et gñatione.

Offr̄. Michi autē ni= mis honorificati sūt amici tui de⁹ nimis confortatus est p̄incipat⁹ eor̄.

In tpe pas. alla. Dec⁹

Beati apli tui N. dñe solen= nia recensentes q̄s: vt ei⁹ auxilio tua būficia capiam⁹ / p̄o quo tibi hostias laudis offerim⁹ p. Preca. Et te dñe. Cōis. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iu= dicantes duodeci tribus isral dicit dñs.

In tpe pas. alla alla. Postcō

Uiere nos misericors deus per hec sancta que sumpsi= mus:et beati apli tui ℳ. cuius na talicia celebramus:semper guber na pr̃esidijs. ℘er dñm. ℭ In na= tali vnius euangeliste. Officium.

OS iusti meditabi= tur sapientiã et lin gua eius loquetur iudicium lex dei ei⁹ in cor̃de ipsius. ℘s. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquita

INterueniat (tem. Oratio pro nobis domine quesum⁹ sanctus tuus ℳ euãgelista:q̃ cru= cis mortificationẽ iugiter in suo corpore p̃r tui nois honore por= tauit.p. Lectõ ezechielis pphẽ.i.c.

SImilitudo vultus quattuor animaliũ:facies hois et fa= cies leonis a dextris ipsorũ quat= tuor Facies aũt bouis:a sinistris ipsorũ quattuor. Et facies aqui= le:desup ipsorũ quattuor. Et fa= cies eorũ et penne eorũ :extẽte de super. Due penne singulor̃ iũge= bant:ℭ due tegebãt corpora eorũ Et vnũqq̃ eorum :coram facie sua ãbulabat Ubi erat ipetus spi ritus illuc gradiebãt: nec reuerte bant cũ ãbularent. Et similitudo aialiũ et aspectus eorũ : quasi car bonum ignis ardentiũ /et quasi aspectus lãpadarũ. Hec erat vi= sio:discurrẽs in medio animaliu⁹ Splẽdor̃ ignis : et de igne fulgur egrediẽs. Et aialia ibant et reuer tebant: in similitudinẽ fulguris chor̃uscantis. ℟. Os iusti medi tabit sapientiã:ℭ lingua ei⁹ loq̃tur iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in cor̃de ipsi us ℭ nõ supplãtabũt gressus eius Alla. ℣. ℙrimus ad syõ dicet ecce assum:et virũ euangelistã dabo

LAus deuota mente Sed̃. chor̃o concinẽte r̃pondeat cum glia. Qui euangelistas veri dog= matistas insignuit gr̃a. Quiq; suo more lucẽ cũ fulgore dat per orbis climata Tales dñs elegit per quos tã subegit hereses et scisma ta. Hi bis bini fontes valles atq; mõtes irrigãtes flumie. Orti pa= diso mundũ idiuiso illustrantes famine. Illos per bis bina visio diuina signat animalia A quibus dam visa formis tũc diuisa gestu sed equalia. ℘ennis decorata ter ris elcuata cũ rotis euntia. Facie serena oculorum plena verbi dei nuncia. In his possũt cerni anuli caterni quibz archa vehitur Quo rum dogma sanum per samarita= num circunquaq; seritur'. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonem adijt In hac ceu qua= drига agnus est auriga qui p̃ro nobis obijt. Istis in bis binis ca= put est et finis christus complens omnia. Horũ documentis horum instrumẽtis florens stat ecclesia. Horum nos p̃ccatu mortis a rea tu soluat r̃pi gratia. Horum vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celestia. Secundum lucam .x.

INillo tp̃e: Designauit do= min⁹ et alios septuagita du os:et misit illos binos ante faciẽ suã / in omnẽ ciuitatẽ et locũ quo erat ipe ventur⁹. Et dicebat illis Messis quidẽ multa:operij autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis : vt mittat operarios in messẽ suaz Ite. Ecce ego mitto vos : sicut a= gnos inter lupos. Nolite porta re sacculũ neq; perã neq; calcia= menta : et neminẽ per vĩã saluta= ueritis. In quãcunq; domũ intra ueritis : p̃rimus dicite. ℘ax huic

domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illum pax vra Sinautē/ad vos reuertet. In eadem autē domo manete edentes & bibentes: que apud illos sunt. Dignus est enī opari⁹: mercede sua.

Credo. In tpe paschali. Euang. Ego sum vitis vera, vtq. folio. i.

Offr. Posuisti dñe i capite eius coronā de lapide pcioso: vitā petijt a te & tribuisti ei allā. et finiatur cū allā. qñcunq; dr extra lrr.

DOnis celestib⁹ da Secreta. nobis qs dñe libera mente seruire: vt munera que defcrim⁹ interueniente btō Neuangelista et medicinā nobis operent et veniam. Per. Prefatio. Et te dñe. Non dr in hac pfatiōe Per btōs euangelistas. sed Per btōs aplos

Cō. Magna est glia ei⁹ i salutari tuo gliam et magnū decorē ipones super eum domine. Postcōio

PReста qs omps deus: vt id quod de sancto altari percepimus precibus beati euangeliste tui F. salutificet aias nostras per qōsēper tuti esse possimus. Per.

C In natali vni⁹ martyris offm

EXultus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atrijs domus dei nostri. ps Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Aliud officiū.

EXultus non cōturbabitur quia dominus firmat manum eius tota die miseretur et cōmodat et semen eius in benedictione erit in eternum conseruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Offertorium.

DOmine deus salutis mee in die clamaui & nocte coram te. Intret oratio mea in conspectu tuo. Inclina aurem tuam ad precem meam. Secreta.

SAnctifica qs dñe munera que tibi dicanda suscepimus: et intercedente beato .N. martyre tuo nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominū nrm Cō. Ii. sapientie. Ecclā. xliij. et xv.

BEatus vir qui in sapientia morabit: et q in iusticia meditabit/et in sensu cogitabit circūspectionē dei. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo & nō flectet: et continebit illū et non confundetur/ et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditatem. Offertorium.

DOminus deus a cōuentu malignātiū alleluya a multitudine operātiū iniquitatē alleluya allā. ps. Exaudi deus oronē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nostris: et intercessione beati .N. martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per dominū nrm Cō li. sapientie. Ecclā. xliij. et xv.

BEatus vir qui in sapientia morabit: et q in iusticia meditabit/et in sensu cogitabit circūspectionē dei. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo & nō flectet: et continebit illū et non confundetur/ et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditā-

tabit illum: dominus deus noster. Pauli. Ad ephesios. i. capitu.

FRatres: Benedictus deus et pater dñi nostri iesu christi qui bñdixit nos in oi bñdictione spuali in celestibus in xpo: sicut elegit nos in ipso ante mūdi constitutionem/ vt essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos in adoptionē filiorū p iesum xpm in ipsū: scōm ppositum volūtatis sue in laudē gre sue/ in qua gratificauit nos in dilicto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius/ remissionē pctō rū: scōm diuitias gre sue que superabundauit in nobis. Per iesum christum: dominum nostrum. Lectio libri sapētie. Eccla. xxxi.

BEatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurū non abijt/ nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic/ et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia: in vita sua. Qui pbatus est in illo et perfectus inuent⁹ est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi/ et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illi⁹ in dño: et elemosinas illius enarrabit: omnis ecclesia sanctorum. Pauli. Ad timotheū. ij. iiij. cap.

CArissime: Testificor coram deo et iesu xpo qui iudicaturus est viuos et mortuos: & per aduentū ipsius et regnum eius. Predica verbū: insta oportune importune. Argue/ obsecra/ increpa: in oīi patientia et doctrina. Erit enī tps cū sanā doctrinā non sustinebunt: sed ad sua desideria conseruabunt sibi magistros prurientes aurib⁹. Et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas aūt conuertent. Tu vero vigila: in oibus labora/ opus fac euāgeliste/ ministerū tuū iple/ sobrius esto Ego enī tā delibor: et tps mee resolutionis instat. Bonū certamē certaui: cursū consūmaui/ fidē seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iusticie: quā reddet mihi dñs i illa die iustus iudex. Nō solū aūt mihi: sz & his qui diligūt aduētū eius. Ad timothe. iij. iij. c

CArissime: Nemo militans deo: implicat se negocijs secularibus/ vt ei placeat cui se pbauit. Nā et qui certat in agone non coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Laborātē agricolā: oportet primum de fructibus accipere Intellige que dico: dabit enī tibi dñs in oibus intellectū. Memor esto igitur iesū xpm resurrexisse a mortuis ex semie dauid scōm euāgeliū meum in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans: sed verbū dei non est alligatū. Ideo oia sustineo ppter electos: vt et ipi salutē cōsequātur q̄ est i xpo iesu: cū glia celesti. Ad galathas. v. cp.

FRatres: Confido de vobis in dño: q̄ nichil aliud sapietis. Qui aūt cōturbat vos: portabit iudiciū quicūq; ē ille. Ego aūt fratres si circuncisionē predico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est: scandalum crucis. Utinā et abscidātur: qui vos conturbāt. Quicūq; enī volūt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi tm̄ / vt crucis xpi psecutionē nō patiātur. Neq; enī qui circūcidūtur legē custodiunt: sed volūt vos circuncidi / vt i carne vestra glorient. Michi aūt absit gliari: nisi in cruce dñi nostri

testu xpi. Per quẽ michi mũd⁹ cru-
cifixus est: & ego mũdo. ℟. O-
suisti dñe sup caput eius coronam
de lapide pcioso. ℣. Desideriũ aie
ei⁹ tribuisti ei & volũtate labio-
rũ ei⁹ nõ fraudasti eũ. ℟. Btũs vir
q̃ timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit
nimis. ℣. Potẽs in tra erit semen
eius gñatio rector bñdicet. ℟.
Justus nõ cõturbabit: qr dñs fir-
mat manũ ei⁹. ℣. Tota die miser
tur & cõmodat & semẽ ei⁹ in bñdi-
ctiõe erit. ℟. Just⁹ vt palma flo-
rebit sicut cedrus libani multipli
cabit in domo dñi. ℣. Ad anntiãdũ
mane miam tuã & veritatẽ tuã
per noctẽ. Allã. ℣. Posuisti dñe
sup caput ei⁹ coronã de lapide pcio
so. Allã. ℣. Letabit iustus i dño et
spabit i eo & laudabunt oẽs recti
corde. Allã. ℣. Btũs vir q̃ suffert
tẽtationẽ qm cũ pbat⁹ fuerit acci
piet coronã vite. Allã. ℣. Btũs vir
q̃ timet dñm i mãdatis ei⁹ cupit ni-
mis. Allã. ℣. Glia & honore coro-
nasti eũ dñe & cõstituisti eũ super
opa manuũ tuarũ. Allã. ℣. Justus
nõ cõturbabit qr dñs firmat ma-

Deliderium aie ei⁹ (nũ ei⁹ Tu
tribuisti ei & volũtate labi
orũ ei⁹ nõ fraudasti eũ. ℣ Mm pre
uenisti eũ in bñdictione dulcedi-
nis. ℣. Posuisti sup caput ei⁹ coro
nã de lapide pretioso. Sec̃.

Rganicis canam⁹ modulis
nũc sõlẽnia Dñe nis dño voci-
bus reddentes odas debitas. Qui
in suis sctis mirabilis nimis mul
tiplici virtutũ flore cosdẽ decorat
ac mirifice adornat Nã et in ipsis
q̃si in q̃busdã musicis instrumen-
tis digito ppo fides agitat fides
virtutum sonora. Has numerose
pcurrẽs singulas. Permiscet sin-
gulis dyatesseron melliffluam me
lodiã. Quã generat virtutũ ma-
ter illa. Que alijs decẽter cõposi-
ta reddit suauẽ simphoniã. Qua
sine cuncta Fiũt dissona Necnõ &
frivola. Qua cũ oĩa. Fiũt cõsona
Necnõ vtilia Qua iusti bñ Mo-
rati rite. Petẽtes excelsa poli sydе
ra. Alacres decãtant noua cãtica i
cythara traicia. Quor agẽtes fe-
sta cõsortium mereamur in celesti
patria. Secundum Iohannẽ. xii.

In illo tpe: Dixit Iesus disci-
pulis suis. Amen amen di-
co vobis: nisi granũ frumenti ca
dẽs in terrã mortuũ fuerit / ipsũ
solũ manet. Si autẽ mortuũ fue-
rit: multũ fructũ affert Qui amat
aiam suã: perdet eã. Et qui odit
aiam suã in hoc mundo: in vitam
eternã custodit eã. Si quis michi
ministrat: me sequat. Et vbi sum
ego: illic et minister me⁹ erit. Si
quis michi ministrauerit: hono-
rificabit eũ pater me⁹: q̃ est Iceli

In illo tpe: Dixit (S. lucã. x.
Iesꝰ discipulis suis Qui vos
audit me audit Et q̃ vos spnit me
spnit Qui ãt me spnit: spnit eũ q̃
me misit. Reuersi sũt ãũt septua-
gita duo: cũ gaudio dicẽtes Dñe/
etiã demonia subijciũtur nobis:
in noĩe tuo. Et ait illis. Videbã
sathanã: sicut fulgur de celo cadẽ
tem. Ecce dedi vobis potestatẽ cal
candi supra serpentes & scorpio-
nes: & supra oẽm virtutẽ inimici/
et nichil vobis nocebit. Verũtñ
in hoc nolite gaudere: quia spiri-
tus vobis subijciuntur. Gaudete
ãũt q̃ nomina vestra: scripta sũt
in celis. Secũdum mathcum. xvi

